CVM PRIVILEGIO IMPERATORIS

TERRA PROMISSIONIS TOPOGRAPHICE ATQ; HISTORICE DESCRIPTA;


Cum Amplissimis, duobus, Locorũ ac Temporum Indicibus.



PER
MICHAELEM AITSINGERVM
AVSTRIACVM

In utilitatem omnium, qui locorum in eadem terra inspectores, pariter et rerũ ibidem gestar. lectores esse cupiunt.

FRANCISCO HOGENBERGIO CONCESSO.


D. MICHAELI AB
AICING.
Antea Diui Ferdinandi I. NUNC Maxaemili-
iani II. Caes: Inuictissimorum Aulae Familiari.
Viennae Austriae 21. Septemb: 1576.
F M

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO D.
ALBERTO AVSTRIACO S.R.E.
CARDINALI Reuerendissimo,
Domino suo clementissimo
P. F. S.

Illustrissime Princeps, Cardinalis Reuerendissime, offero tibi, qua possum reuerentia & humilitate, Praeclarissime toti⁹ vniuersi Terrę, hoc est, terrae PROMISSIONIS Domini nostri Iesu Christi, Descriptionem Topographicam atq; Historicam; vnà cum amplissimis duobus, locorum scilicet ac temporū Indicibus. Idq; ob duas potissimū causas: Primùm, vt, quemadmodū Regnorum, Imperiorumq; mundi Pentaplum, fratri tuo charissimo, Rudolpho 2. Imperatori Romanorum Inuictissimo, Domino meo clemētissimo, dedicaui; postea etiam Matthiae Archiduci Austriae, fratri quoq;, Historicam temporum rationem, inscripsi; gratae mentis significationē in filijs, quàm humillimè sic ostendens, erga defunctū dominum meum clementissimum Maximilianum 2. Imperatorem laudatissimae memoriae: Ita & in Illustrissimam C. T. mea non minor existeret honorandi colendique parentem affectio in filio, tantae existimationis & excellentiae, vt qui praeter naturae dotes eximias, quas Austriacae domus occasione obtinet, etiam ad Cardinalatus honorem & dignitatē, ob summam quam omnes in eo conceperunt expectationem, electus atq; ascitus fuerit. faxit omnipotens Deus, vt hoc in honorem illius, atq; Ecclesiae suae vtilitatem, & Illustrissimae C. T. salutem animae ita factum sit.

Altera dedicādi causa est, vt te Princeps Illustrissime patronum inter caeteros ac defensorē eligerē, contra eos, qui collata hac terra promissionis nostra, cum alijs antè nos in eodē studio versantibus (quales fuerūt Borcardus Monachus anno 1283. Ioannes Mandeuill anno 1322. Bredenbachius decanus

moguntinus anno 1483. Petrus Apianus anno 1532. Iacob⁹ patriarcha Ierusolomitanus anno 1536. Gerardus Mercator anno 1537. VVofgangus VVeyßenburgius anno 1542. Tilmann⁹ Stella anno 1557. Guilhelm⁹ Postellus anno 1561. & 1563. & alij) multa inuenient, cum quibus hic labor noster, non satis conuenire videbitur, propterea, quòd partim detrahunt, partim addunt, partim inuertunt, addenda, detrahenda, & sic (vt reuera debeant esse) relinquenda. Quare, cum hæc terra promißionis sit antiquißima, simul ac basis & fundamentum religionis nostræ, qua per Christum ibidē fundata, sancti post modum Apostoli, tanq; Cardines, à centro ad totius vniuersi circumferētiam egreßi, Euangelium prædicauerunt omnib⁹ nationib⁹; Cumq; Diuus Cardinalis ac presbyter ille Iheronimus, hanc ipsam terrā promißionis inhabitans, pòst sacra Biblia, multū nobis in hoc proposito nostro conficiendo profuit (vt per totam ferè descriptionē nostram apparet in marginibus) nolui hunc meum laborē, nisi Cardinali, eidemq; nobilißimo, tibi (princeps Illustrißime) dedicare, atq; opus meum, Mathematica quadam tabula, quam in Cōcilio Tridentino Cardinalibus ibidem legatis exhibui, concludere. Nam de instituti mei ratione, quoad hanc descriptionem; Item de Intellectu, vsu atq; vtilitate huius operis; ad lectorem consequenter plura diximus. Interim, Illustrißimam ac Reuerendißimā Celsitudinē tuam, omni qua possum animi submißione oro, quàm humillimè, vt in anni huius noui foelix anspicium, pro innata omnibus Austriacæ familiæ beneuolentia, voluntatis meæ subiectißimæ hanc significationem, clementer suscipere, operisq; sese contra omnium liuidos obtrectatorum morsus, defensorem ac patronum constituere dignetur. Cui me reuerenter humiliterq; iterū atq; iterim cōmendatum exopto. Coloniæ. die 7. Ianuarij. 1582.

Illustrißimæ ac Reuerendißimæ C. T.

Cliens quam humillimus.

Michael Eytzinger
Austriacus.

MICHAELIS AITSINGERI AVSTRIACI.

AD CANDIDVM LECTOREM PRAEFATIO.

DE TERRA PROMISSIONIS.

CONSPICIS amice Lector, huic libello præfixam chartam, siue Tabulam terræ promißionis, eleganti manu Francisci Hogenbergij exaratã, ad imitationem illius videlicet, quam Anno 1568. Typis excudendam, atq; edendam curaui, in Austria memoriam amicis relinquens, priusquàm ab Imperatoria Maiestate, ex aula Cæsarea, in inferiorem Germaniam missus, ad Ducem Albanum proficiscerer. Huic chartæ sparsim 112. numeros, eum in finem vtiliter sic inscripsi (quemadmodum vides) vt dato quocunque loco in eadem charta, statim scires, vbi nam in Biblijs, inde ab initio libri Geneseos, consequenter vsque in finem Apocalypsis, de loco eodem legendum sit, atque indè tanquam ex fonte hauriendum, quidnam rerum, per totam terram, suis quibusque temporibus vndique gestum actumq; fuerit. Atque hoc totum adminiculo eorundem duntaxat numerorũ 112. non qui sparsim (ita vt in charta) sed ordine progreßionis Arithmeticæ, quodam in Indice, ad hoc vt tantò promptior esset inuentio, à me tùm excogitato, collocabantur.

DE LIBELLO, TERRAE PROMISSIONIS APPLICATO.

HANC diligentiam tùm multi sanè probarunt; qui ex fontibus potius quàm ex riuulis, rerum gestarum in terra promißionis, notitiam petendã existimauerunt; quiq; in Biblijs sibi memoriam localẽ magis, quàm in alijs authoribus, terram hanc ex proprio suo describentibus comparandã, satagerunt. Quibus verò Biblia ita ad manum non fuerunt, aut fuerunt quidem, sed molestiam tamen non libuit neq; laborem insummere, ductu videlicet numerorũ indicis, singula ex Biblijs petere, atq; ita per ordinem folia totiès quærendo vertere; Illi satius atq; cõmodius esse putauerunt, si quis præcipua loca sacræ scripturæ (sequendo semper Indicem numerorũ iamdictum) in gratiam studiosorum perlegat; & quæ ad explicationem locorum terræ promißionis facere viderentur, excerpat, inque formam libelli cuiusdam ita redigat; vt simul & illis consuleretur, qui Biblijs destituuntur, & alijs qui Biblia quidem habent, eorum tamen euoluendorum tædio afficiuntur. Libellum itaque hunc ex Indice nostro, tanquam apes mel ex diuersis Bibliorum floribus in fauum colligentes, confecimus.

REM autem vt omnem distinctius traderemus, Libellus videbatur in quinque partes commodè sic diuidi potuisse. Scilicet vt prima pars inciperet a pagina 9. Altera ab 11. Tertia a 24. Quarta a 41. Quinta a pagina 79. (Nam pòst descriptionem Terræ, postea pagina 82. breuis sequitur ipsius met promißionis, ex quatuor Euangelistis desumpta descriptio.) Quæ omnia Lectori atq; inspectori candido, clarius inter legendum apparebunt, quàm pluribus hìc ostendere verbis necesse sit. Vnum autem hoc præcipuè animaduertẽdum est, neque chartam siue libello, neq; libellum sine charta, perfecti nobis quicquam exhibere. Cùm necesse sit omninò, vt simul ad vberiorem vtriusque intellectum, semper vnum oculum lector conuertat ad chartam expansam, libelloq; huic a fronte annexam; & alterum ad libellum apertum, & sic pari vt dicitur passu, legendo progrediatur, donec ordine 112. numeros exhauriat, qui in charta vt dictum est sparsim, in libello vero ordine progreßionis Arithmeticæ, ponuntur: egrediendo semper ex descriptione in chartam, & ex charta vicißim regrediendo in descriptionẽ. prout Index vnus & alter, a lateribus descriptionis nostræ per integrum libellum satis abundè commostrat. verùm hæc quidem de intellectu.

DE VSV LIBELLI, RATIONE DESCRIPTIONIS NOSTRAE. 63.

IN libello nostro nullus proponitur locus, siue nullum nomen loci, maiusculis præsertim literis inscriptum, quin numeros habeat vtrinque, tanquam alas duas, annotatos, quibus inter legendum lector volare ac reuolare quodamodo poßit, iam ex charta in libellum, nunc ex libello vicißim in chartam. Verùm vt res intelligatur, proponamus exempli gratia IERVSALEM, pagina 63. quæ ex vno latere numerũ habet 81. & ex altero 9. h. hic sub angulo comuni (quem 9. & h. litera simul in charta constituunt) demonstrat, vbi nam Iherusalem in charta collocetur, egrediendo sz. ex libello in eandem: ille vero 81. denotat Iherusalem eadem in charta positam, vbi nam in libello, & sub quoto numero ex 112. ordine denuò repetitæ; describatur. Quæ res sanè vtilißima, atq; hactenus a nullo quod sciam in describenda terra promißionis obseruata, simul eodemque momento, & inspectores & lectores constituit. Segnius enim vt inquit Horatius, irritant animos demißa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta. etc.

DE LIBELLI VSV, RATIONE INDICIS LOCORVM. 89.

SVFFECISSENT fortaßis hæc, quæ de terra promißionis, deq; libelli eidẽ applicati Intellectu & Vsu dicta sunt, hactenus: nisi & illis quoq; satisfaciendum esse existimaremus, qui inspecta charta siue tabula, cõqueri potuissent non omnes ciuitates esse a nobis expressas; quod verum quidẽ esse fatemur, nam luculentam, & non intricatam terra

terræ promißionis chartam, sic edere proposuimus, vt licet non omnia locorum nomina, sed precipua tantũ exprimantur, mediante tamen locorũ Indice, vbi nam reliqua omnia & sub qua tribu, ex duodecim illis in charta collocari conueniat, intelligãtur facilè a quouis, qui ad numerũ alicui ex duodecim signis celestibus, vel tribubus in charta ascriptum, ordine alphabetico, in locorũ indice id expiscetur. Assummat enim quis exẽpli gratia, in charta ex tribu Beniamin, numerum 80. signo ♒ ascriptum, nonne præter Ierusalem, Hai, Bethel, & Bethauen, ciuitates ibidem expressas, statim ex Indice locorum, infinita alia loca, ad tribum eandem Beniamin pertinentia, eliciet; 80. numero in Indice per ordinem considerato, qualia sunt Abenboen, Adid. Aialon, Alcim. Almon, & sic consequenter per integrum Alphabetum. Notandum interim est, quod stella ✕ in Indice posita, loca in charta expressa; crucis † autem nota, ciuitates leuitarum & refugij significent.

DE LIBELLI VSV RATIONE INDICIS TEMPORVM. 103.

TEMPORA, etiam præter loca sacræ scripturæ, vides amice lector, in descriptione nostra, suis vndique locis adiuncta; sic, vt non solum in eadem descriptione, atque ita per consequens in Biblijs, quis multa satis habeat, quæ de singulis locis legere queat, quando quid, quibusue temporibus, ibidem actum gestumq́, sit intelligat. Si quis autẽ, præter illius temporis Historiã, rerũ in terra promißionis gestarũ, etiam scire desideret, quid tùm, eodem ipso quasi momento temporis, per orbem vniuersum, tam in Ecclesiæ regnis Iudeorum & christianorum, quam etiam in Monarchijs, & alijs gentium regnis memoratu dignum contigerit, Is ex descriptione nostra in Indicem temporum, a nobis peculiariter in hunc finem excogitatum ingrediendo, mira quadam breuitate, quàm commodißimè poterit authores præcipuos, qui vnquam de rebus gestis scripserunt, tam Ecclesiasticos quam seculares, percurrere. Exemplo rem declaratam sic intelligemus: Legamus pagina descriptionis nostræ 63. Sesac regem Ægypti, anno mundi 2975. ascendisse Ierosolymam, & tulisse thesauros domus domini, & thesauros regis, & vniuersa diripuisse. hanc eandem historiam, si non solùm latius explicatam in Biblijs, alijsque authoribus videre cupiamus, verùm quid etiam extra terram sanctam, per orbem aliàs contigerit nosse desideremus, statim voti compotes, propter numerum scilicet annorum mundi 2970. proximè iam dato minorem, in Indice temporum pagina 106. positum, experiemur, nobis legendum esse, In Biblijs quidem pagina 287. libro 3. reg. c 14. lib. 2. paralip. c 12. In Iosepho autem pagina 236. In Genebrardo pagina 58. In Generatione Naucleri 35. antè Christum: & in pentapli nostri Rotula 1. sub litera c ac numero 15, Atq́, ita de temporibus alijs omnibus similiter propositis.

DE APPEN-

DE APPENDICE INDICIS TEMPORUM HISTORICA. 113.

VBI vero quis Authores eosdem, quorum paginis tempora nostra accomodamus, ad manum eiusdem impreßionis non habuerit; conuertendæ tum erunt paginæ in libros & capita, eorundem Authorum, sed diuersæ impreßionis. Vt si legamus exempli gratia, pagina 63. descriptionis nostræ, Helium Adrianum Imperatorem, qui anno 119. Christi regnare cœperat, Ierosolymam, postquàm a Tito Vespasiano destructa fuisset, latiore situ instaurasse, atque a nomine suo Eliam appellasse. Authores qui de eodem anno Christi 119. scripserunt sunt quidem Eusebius pagina 57. Nycephorus pagina 162. Genebrardus pagina 195. Sanderus pagina 237. & Nauclerus Generatione 5. pòst Christum. Sed ponamus nos ex ijs Eusebium & Nycephorum eiusdem impreßionis non habere, recurrẽdum itaq; nobis erit, cum 57. pagina Eusebij, ad eundem, si est in appendice, sin minus, ad proximè minorem 56. scilicet numerũ, qui prænotatur Eusebio in appendice, & inueniemus librum Eusebij IIII. cap. 28. atq; ita de cæteris paginis, in libros & eorum capita commutandis, eodem modo procedendum, vt cum Nycephori pagina 162. quæ propter numerum 143. proxime minorem conuertitur in librum III. & cap 37. Intelligentibus pauca hæc sufficiunt.

DE APPENDICE IVDICIS TEMPORVM MATHEMATICA. 114.

SVBIECI his omnibus, tabulam quandã Mathematicam, quæ REXIANA. dicitur, quam in concilio Tridentino, Illustrißimis Cardinalibus Legatis, anno 1563. post Seßionem XXIII. die 15. Iulij habitam, proposui: quæ adeo illis non displicuit, vt ad illius rationẽ, authoritate sua, & postea summi pontificis Pij 5. Iudicio, ac Decreto, Calẽdarium pro paschate ritè celebrando renouatum ac restitutum sit, cum Inhibitione tali, ne quis sub pœna, vnq; posthac quid addere, detrahere, aut immutare præsumat Vtrum videatur, Aloisium quendam Lilium Mathematicum, ac Valentinum Salonium quendam, apud præsentem hunc pontificem Gregoriũ 13. nec non & apud collegium Cardinalium, ac Principes quosdam Italiæ tantoperè, pro vlteriore nescio qua restitutione, scriptis instare: Qui si perrexerint, occasionem præbebunt, hanc tabulam non modo latius explicandi, verum propositum etiam eorum, vt frustraneum meritò refutandi. Vale itaq; lector Candide, & ad Topographicæ atq; Historicæ descriptionis nostræ lectionẽ, alacriter accingere, frontem vnam chartæ, alteram vero libello, porrigens eousque, donec per ordinem 112. numeros, prorsus exhaurias, iterum Vale.

TOPOGRA-

Loca.				Tempora.

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA TERRAE PROMISSIONIS DESCRIPTIO.

1. *Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.* 2.

2.f. *Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.* 2.a.

RVBRVM MARE.

RVBRVM MARE *ad austrum Iudææ, Græcis Aerithræũ dicitur,* [a] *alijs Sinus Persicus, & Aralicus,* [b] *Hebræis autem Ia nsuph.* [c] *Super hoc mare Moyses extendit manum & abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum:* [d] *Diuisaq́ue est aqua, & ingressi sunt filij Israel per mediũ sicci maris: erat enim aqua qua si murus à dextra eorum & leua: Persequentesq; Aegyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis currus eius & equites: Dominus autẽ inuoluens Aegyptios in medijs fluctibus, postquã aquæ reuersa essent, operuit eos, vt ne vnus quidẽ superesset ex eis. Filij verò Israel perrexerunt per medium sicci maris. Liberauitq; Dominus, misericordiæ ac promissionis suæ recordatus,* [e] *in die illa Israel, de manu Aegyptiorum, & viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat* [f] *Dominus cõtra eos: timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.* [g]

OCEANVS MEDITERRANEI MARIS.

OCeanus Mediterraneus, *quẽ in sacris literis mare magnũ appellari cognouim⁹,* [h] *alterum est veluti totius terræ sanctæ propugnaculum, inter quod & inter fluuium Euphratem, Syria regio celeberrima sita est; quæ vsq; ad Aegyptum pertingẽs, Hebraicè Aram, nunc aũt Suria dicitur, cuius multi reges regnauerunt post Alexandrum* [i] *magnum Macedonũ regem,* [k] *qui*

Marginal notes (Loca):
a Pompon. Mela lib.3. Strabo lib. 16.
b Plin. lib. 6. cap. 24.
c Numer. 33.
e Genes. 12. 15. & 50.
f Exod. 14. c
h Iosue 15. 16 23. Ezech. 47. 48.
i 1. Maccab. 1.

Marginal notes (Tempora):
d 2454. anno mundi.
g 1506. anno ante Christũ natum.
k 3642. mundi.

Loca.				Tempora.
a D. Hiero. in Daniel. c.11. Tom.5 b Exod.1.c. c Luce 2. a. & 3.a. e D. Ieron in Ezech. Prophet. ca.29. Tom.5. f D Ieron. in Ezec. c. 27. Tom. 5. g D. Ieron. in Esa. ca.60. Tom 5. i 3. Reg. ca.5 & 2. Paral. cap 2.	Ingressus ex charta Terrae 3. Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	*omnes Antiochi vocabantur apud Syros,* a *quemadmodum apud Aegyptios Pharaones,*b *& apud Romanos Caesares & Augusti,* c *à primo C. Caesare,*d *& secundo adoptiuo eius Octauio qui postea Augustus nominatus est, & apud Persas Arsacidae, apud Philistijm Abimelech, & post Alexandrum in Aegypto Ptolemei vsque ad Cleopatram, qua victa apud Actium Aegyptus Romana facta est prouincia* e *vsque hodie (vt inquit D. Ierony.) in Syris permanet ingenitus negociationis ardor, qui per vniuersum mundum lucri cupiditate discurrunt, & tantam mercandi habent vesaniam, vt inter gladios & miserorum neces, quaerant diuitias, & paupertatem periculis fugiant.* f **MONS LIBANVS ET ANTILIBANVS.** Libanus mons *Phoenicis, excelsis arborib. consitus, abundans cyparisso, pino, cedro, abiete, & buxo.* g *Hyram rex Tyri dedit Salomoni regi omnia ligna cedrina, & abiena ad aedificandum templum* h *Domini in Hierusalem, mittebat que Salomon rex per singulos menses 10. milia hominu in Libanum ad cedendu ligna cedrina, prout opus erat ad templi aedificationem.* i *Quatuor autem fluuij labuntur à Libano monte, vt videre est apud Historiographos s. Adon, Elutherus, Orcus, qui nunc verne vocatur & Chrisoroas. In hoc monte habitant Christiani sed schismatici, qui se à Gallis originem traxisse gloriantur.* *Sennim vallis est iuxta montem Antilibanum & Elutheru fluuiu: ad que Cirasa dux exercitus regis Iabin confugit: cum eum persequeretur Barach* k *dux populi Israel, fugiensque peruenit ad tabernaculum Iahel vxoris Alner Cinai. Egressa igitur Iahel in occursum Cisara, dixit ad eum, intra ad me Domine mi, ne timeas, erat autem pax inter Iabin rege Asor, & domum Alner Cinai,* Qui	Egressus ex hac descriptione 16 c. in chartam Terrae Promissionis Index alter.	d 46. anno ante Christum. 318. ante Christu. h 2974. mundi. k 2651. mundi.

Loca. | Tempora.

Qui egressus tabernaculum eius, & opertus ab eo pallio, dixit ad eum, da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde, quæ aperuit vtrem lactis & dedit ei bibere, & operuit illum: Dixitq; Cisara ad eum. Sta ante ostium tabernaculi, & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens: Nunquid hîc est aliquis? respondebis, nullus est. Tulit itaque Iahel vxor Abner clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & ingressa abscondite, et cũ silentio posuit suprà tempus capitis eius clauũ, percussumq; malleo defixit in cerebrum vsq; ad terrã, & sic mortuus est. a

a Iud. 4. c.

ARABIAE MONTES.

ARabia triplex *est, proxima Palestinæ Iudeæ & Aegypto petræa dicitur, à petra nobili oppido, quod Nabathæi (vt inquit Plinius) incoluerũt. Continet regiones, Munichiatim & Saracenã. Gentes sunt Pharanitæ, Hismaelitæ, Agareni, Fatheni, Moabitæ, Ammonitæ, & Gerrei. Altera est Arabia deserta. Regio ingens, mõtosa, arenosa, & verè deserta: cuius incolæ sunt Bathanei, Orcheni, & Martheni. Tertia est Arabia, quæ cognominatur fœlix: nec immerito, nã præter soli fertilitatem, multis aromatũ generibus abũdat: qualia sunt Aloe, myrrha, cinamomum. Camelos alit, auri & gemmarum copiam habet, quæ subinde ad regnum Melindæ regionis Africæ deportatur. Clauditur autem regio à Septentrione montibus, à meridie mari. Deinde duobus sinubus, Arabico & Persico, quibus in modum peninsulæ clauditur. In hoc dicitur esse cadauer Machometi pseudoprophetæ* b *apud Mecham, illicq; colitur à Saracenis in maiorem sui damnationem.*

b 623. Christi.

IVDAEA.

IVdæa prouincia *inter Syriam & Aegyptũ cõsistit, olim Palæstina Syria dicta est, & dimidi-*

Ingressus ex 4. charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac 16. f. descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alt. r.

Loca.				Tempora.
a D. Hieron. in Esaiam proph. c. 1. c Ezec. 20. c. d D. Hieron. in Ezec. c. 47. Tom. 5. e D. Hieron. in Ezech c. 20. Tom. 5. f D. Hieron in Ezec. ca. 20. Tom. 5.	*Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*	*tur in Galilæam proximam Syriæ, quæ regio est frumenti, vini, et olearũ feracissima. In Idumæam secũdum littus maris Aegyptiaci, quæ Nabathæa & terra Edom dicitur, regio etiam frugum fertilis. In Idumæam mediterraneam: cuius est Hierosolyma longe clarissima vrbium orientis. In Samariam orientalem, cuius sunt Samaritani, quibus cum Iudæis parum conuenit. Mediam palæstinam irrigat Iordanus fluuius, & in mare mortuum sese immittit siue Sodomorum siue lacum Asphaltitem, à quo postremo ebibitus, aquas laudatas pestilentibus mixtas perdit. Aliquando tota terra 12. tribuum Iudæa appellatur, a aliquando duæ tantum tribus, quæ quondam b Iuda vocabantur, ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumq; in terra promissionis regionum. Et notandum apud Historicos quod Iudæa ad Palestinam, Galilea verò & Samaria ad Phœnicem pertineat. Iudæa terra promissionis, terra est fluens lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras, c & est fundamentum omnium terrarum, quia in ea Dei religio sit, & templum & cerimoniæ, & notitia Dei. Inclytam verò esse terram Iudææ, & cunctis terris fertiliorẽ nemo dubitare poterit, qui à Rhinocorura torrente qui fluit in mare, vsq; in eum locum qui est contra Hemath, vrbem Syriæ, d vsque ad Taurum montem & Euphratem fluuiũ, cunctam considerauerit terram, & vrbium potentiam, amœnitatemq; regionum, Palestinam videlicet & Phœnicem, Arabiam, Syriam, Celen, Ciliciam et cæteras regiones, quas Israeli, si Dei præcepta seruasset, Dominus repromisit: quas quia nõ accepit, vitium fuit incredulitatis eius. e Cùm Samaritani possederunt regionem 10. tribuum Israel, in tantam redacta est terra promissionis solitudinem, vt à leonibus vastaretur. f Cn. Pompeius dux Romani exercitus, primus Iudæam Romano subegit*	*Egressus* 11. k *ex hac descriptione in chartam Terræ* 4. 2. *Promissionis Index alter.*	b 2970. mundi.

Loca.

Tempora. 3895.3911. mundi.

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus. 5.

subegit Imperio, captaq́; Hierosolyma, vsque ad adyta templi ingressus est, quae vocabantur sancta sanctorum, victumq́; Aristobolum Romam misit, seruans triumpho suo, & pontificatum Hircano fratri eius tradidit. Tunc primum gens Iudaeorũ Romanis facta est tributaria. [a] *Palestina terra est Chanaan, siue Philistinorum & Allophylorum, abundans frumento, balsamo, melle, & oleo, & resina.* [b] *Huius quinq; erant vrbes magni nominis, videlicet Ascalon, Azotus, Gaza, Accaron, quae sunt in tribu Iuda, & Geth in tribu Dan, quarum meminit Sophonias propheta, & ibi Hieronymus* [c] *Palestinorũ mos erat, festis diebus vngere capita sua, vt ait Hieronymus,* [d] *familiareq́; illis erat ad omnem sermonem suum parabolas iungere, vt quod simplex praeceptũ teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemploq́; teneatur,* [e] *translati autem de Cappadocia, vt inquit D. Hieronymus.* [f] *Mos est in vrbibus Palestinae & vsque hodie per omnem Iudaeam vetus consuetudo seruatur, vt in viculis, oppidis & castellis, rotundi ponantur lapides grauissimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium subleuare: alij ad genua, alij ad vmbilicum, alij ad humeros & caput: nonnulli super verticem iunctisq́; manibus magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollant.* [g]

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter. 6.c.d.

IORDANIS.

IOrdanis fluuius *diuidens Iudaeam, Arabiam, & Aulonem, qui vsque ad mare mortuum fluens, post multos circuitus, mortuo mari commixtus nomen amittit. Oritur ad radices Libani montis, & habet duos fontes, vnum* IOR *nomine, & alterum* DAN, *qui simul mixti Iordanus nomen efficiunt:* [h] *dicitur etiam Iordanis fluuius iudicij*

a D. Hieron. in Daniel. proph. c. 9. & Ezech. c. 47. Tom. 5.
b Idẽ in Ezec c. 27. To. 5.
c c. 2. Tom. 5 Idẽ in Abd. c. 1. Tom. 6 & in Amos c. 1. Tom. 6 & in Ezec. c. 16. To. 5
d D. Hieron. in Matt. c. 6. Tom 9.
e D. Hieron. in Matt. c. 18. Tom 9
f Idem in Esaiam c. 22. Tom. 5.
g Hieron. in Zachar. ca. 12. Tom. 6.
h D. Hieron. in Matt. c. 16. Tom. 9. & in Ezec. c. 17. To. 5.

Loca.				Tempora.
a Idem in Ezech. ca. 28 Tom. 5. b D. Hieron. in Zach. c. 11. Tom 6 c 4. Reg. c. 5	Ingressus ex	dicij.[a] *Iordanis fluuius maximus in Iudæa est, iuxta quem morantur leones ob deserti viciniam, & latitudinem vastæ solitudinis & arundineta, carecta, vnde & per Prophetam dicitur: Ascendit leo de Iordane.* [b] *Sciendum est quod ab ortu Iordanis sub Libano, vsque ad desertum Pharan, ex vtraque parte fluminis sunt campi lati, & amœni, sed circumdati multis mõtibus. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, curatus fuit à lepra, eo quod mandato Helizei prophetæ Domini se lauit septies in Iordane.* [c]	Egressus	3363. anno mũdi 3025. mũdi.
	6.	CHANAAN TERRA.	1. c.	
d Genes. c. 9. e Gen. ca. 10. f Gen. 12. 15.	charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	NOe tres *filios habuit. Sem, Cham, & Iaphet; Cham habuit Chanaan, qui maledictus fuit à Noe dicente; Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* [d] *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suũ. Ethæum & Iebuzæum, & Amorrhæum, & Heuæum, & Arachæum, & per hos disseminati sunt populi Chananeorum, factiq; sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram, vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vsque Iesa.* [e] *Hanc terram Chanaan Iudæi eiectis Chananeis possederunt. Erat illa regio quam Dominus Deus promiserat populo suo,* [f] *postea autem dicta est à quibusdam Palestina, nunc verò dicitur terra sancta, sed à nobis hic terra promissionis, quæ tempore Christi in tres partes diuidebatur, scilicet in Iudæam, Samariam, & Galilæam.*	ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.	1558. an. mundi. 2024 anno mũdi 1960. an no mũdi
	7.	GALILAEA.	13. c.	
		GAlilæa gentium *in quo Canæ Galilææ oppidum situm est. Vnde & Nathanael verus Israelita Saluatoris testimonio comprobatur.*		

[a] In Cana

Loca.	Tempora.
a Ioan. ca. 1.	30. anno Christi elapso.

Ingressus ex charta Terrae 8. Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in 16.e. chartam Terrae Promissionis Index alter.

a *In Cana Galilaea nuptiae factae sunt: & illi erat mater Iesu. vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias, & deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent, & dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Postea dixit Iesus ministris: implete has hydrias aquae, quae sex erant, & cùm impleuisset, dixit eis. Haurite nunc & ferte Architriclino. vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factum, dixit sponso: Omnis homo primum bonum vinũ ponit: & cùm inebriati fuerint, tũc id quod deterius est, tu autem seruasti bonum vinum vsq; adhuc? & hoc fuit initium signorum in Cana Galilaea.* c

b Ioan. ca. 2.

c Gen. 15. d.

8. AMORRHAEI. 16. e.

Amorrhæi populi *sunt,* d *qui quemadmodum expugnantur à Cadorlaomor* e *Elamitarum rege, & ab Israelitis:* f *sic ipsi alias quoque gentes; aliosq; populos, quales sunt Israelitae & Gabaonitae* g *vicißim expugnant. Reges autem Amorrhaeorum fuerunt Sehon & Og, habitantes trans Iordanem ad occidẽtalem plagã.* h *Amorrhaei recensentur inter septem illas gentes Hethaeos videlicet & Gergesaeos: Chananaeos & Pheresaeos et Heuaeos & Iebusaeos et Amorrhaeos, quae à Domino gentes traditae filijs Israel ad internecionem vsque percussae sunt ab Israelitis.* i

d Gen. 14 b. e Num. 21. e. f. g. f Deut. 1 g. g Iosue 10. a. b. h Num. 21. c. i Deut. 7. a.

2494. mundi.

9. DECAPOLIS. 15 h.

Decapolis. Decem *ciuitatum regio, sita est vltra Iordanem ad Orientem, cuius inter caetera mentio fit in Matthaeo* k *& Marco.* l *Inque Plinij Naturalis Historiae libro* m *& Diui Hieronymi Ecloga.*

k Matth. 4. c. l Marc. 5. 8. m Plin. li 5. c. 18.

SODO.

Loca.	10.	SODOMA, GOMORRA, ADAMA. &c.	11.k.	Tempora.

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

SODOMA, GOMORRA, ADAMA. &c.

SOdoma ciuitas *impiorum diuino igne consumpta. Rex huius vrbis vocabatur Basa:*[a] *Sodoma & Gomorra maiores erãt in crimine: Adama & Seboim earũ exempla sectatæ sunt. Nota quod vbi contra Iudã dicitur, id est, populũ Dei, ponitur Sodoma et Gomorra.*[b] *Exẽplum, Audite legẽ Dei Principes Sodomorum; attendite verbũ Domini populus Gomorræ.* [c] *Sodoma & Gomorra quomodo in Scripturis accipiantur, videre est apud Hieronymum in Sophoniam prophetam.*[d] *Iudæi non rectè interpretantes hunc locum.* [e] *Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, dicunt in Christi sui aduentu: (quem nos tamen Antichristum scimus) Sodomam restituendam in antiquum statum, ita vt sit quasi paradysus Dei, & quasi terra Aegypti, & etiam Samariam pristinam recipere fœlicitatem, & de Assyrijs reuertentur in terram Iudæam.* [f] *Adama vrbs vna est de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ diuinitus euersa, igneq́; consumpta fuit propter peccata habitãtium. Rex huius vrbis vocabatur Sennaar, vt scriptũ est.*[g] *Bala aũt quæ & Segor siue Zoara,* [h] *nunc vocatur Balezona, siue castrum Palmarũ, sola de dictis quinque Sodomorum ciuitatibus, Loth precibus reseruata.* [i] *Imminet hæc mari mortuo, & præsidium in ea positum fuit militum Romanorum. Habitatoribus proprijs frequentatur, & apud eam gignitur balsamum, & poma palmarum antiquæ vbertatis indicia. Segor Hebraicum nomen est. Zoara Syriacum, & Bala interpretatur absorpta. Iuxta hanc vrbem vxor Loth versa est in statuam salis, quia contra præceptum Domini, post se respexerat,*[k] *quam Iosephus asserit se vidisse:*[l] *illicq́ue permanet vsque in præsentem diem. In principio mar*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Marginal references (Loca):
a Gen. 4. c.
b Esaiæ c. 1.
c D. Hieron. in Ose. c. 11 Tom. 6.
d Idem ca. 2. Tom. 6.
e Ezech. c. 16.
f D. Hieron. in Ezech. c. 16. Tom. 5.
g Gen. 14. c.
h Hieron. in Ose. cap. 11. Tom. 6.
i D. Hieron. in Esa. cap. 15. Tom. 5.
k Genes. 19. c.
l Iosephus lib. 1. cap. 9 Antiq. Iud.

Tempora:
2024. mũdi.
3141. mũdi.
3221. mũdi.
2024. anno mũdi
70. anno Christi.

Loca.				Tempora.
a. Ezech. 47. b. D Hieron. in Ezech c. 47 Tom. 5 c. Genes. 14. d. D Hieron. in Hierem. c. 32. To. 5. e. Genes. 19.	*Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*	*maris mortui vrbs est Engallim, ibi Iordanis fluuius ingreditur mare mortuum. huius vrbis meminit Ezechias* a *propheta dicens. Et stabunt piscatores ab Engaddi vsque ad Engallim, siccatio sagenarum erit; Engallim secundum Hieronymū* b *interpretatur fons, vel oculus vitulorum. Rex Gomorrhae de qua paulo ante vocabatur Bersa.* c *Nota quod locus, in quo crucifixus est Dominus noster Iesus Christus spiritualiter Gomorrha & Aegyptus vocatur, alij verò vniuersum mundum sub nomine Aegypti & Gomorrae significari putant vt enim Gomorra diuinae vltionis igne deleta est, ita & mundum iudicio Dei concremandū.* d *Mare mortuum siue salinarū, siue lacus Asphalti, id est, bituminis dicitur; secundum Iosephum, habet stadia 586. quae faciūt 73. miliaria & duo stadia vsque ad mare rubrum. Porrò secundum Saracenos durat per quinque dietas, cum continuatur per aquas marath, & aliqui dicunt (errantes tamen) quod aqua Iordanis non miscetur aquis huius maris, sed absorbetur à terra. Saraceni dicunt quod verè ingreditur, & mare crescit & decrescit, secundum abundantiam resolutionis niuis & pluuiarum. Habet & mare mortuum duodecim miliaria in latitudine ab oriente in occidentem, & quinque dietas in longitudinem à septentrione in meridiem. In eo sunt quatuor praedictae ciuitates, scilicet Sodoma, Gomorra, Seboim & Adama, quas Dominus Deus subuertit propter peccata detestabilia & horrenda habitantium.* e *Mare mortuum dicitur, eo quod nihil potest esse vitale in eo, nihilque quod spiret, & possit incedere prae amaritudine nimia: in hoc mari reperiri potest nec cochleolae quidem, paruiq; vermiculi, & anguillae, & caetera animantium siue serpentium genera. Si denique Iordanis auctus imbribus pisces illic influens rapuerit, statim mo-*	*Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.*	2024. anno mūdi.

Loca.

Tempora.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem index II. vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter.

rietur, & pinguibus aquis supernatant. a *Super regionem Sodomæ. Saue ciuitas est antiqua in qua habitauerunt Ominei gens valida, quam excidit Chodorlaomor rex Elamitarum. Quatuor reges profecti de Babylone interfecerunt gigantes, hoc est Raphaim, robustos quoq́, Arabia, & Zozim in Hom & Emin in ciuitate Saue: quæ vsque hodie sic vocatur. Zozim aūt et Ennim terribiles & horrendi interpretantur.* b *In valle syluestri siue salinarum fuerunt antea putei bituminis: sed post Dei iram & sulphuris pluuiam, in mare mortuum versa est. Vnde est quod mare mortuum vocatur stagnum Asphalti, id est, bituminis.* c *In hac valle syluestri Chodorlaomor, & tres alij reges, scilicet Thadal rex gentium, & Amraphel Rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, pugnauerunt contra quinq́ reges, scilicet Basa Regem Sodomorum: Bersa Regem Gomorræ, Sennaar Regem Adamæ, Semebey Regem Siboim, & contra Regem Balæ, ipsa est Segor, & ibi eos vicerunt.* d *Vallis illustris nunc Salis, de qua dicitur:* e *Quod irrigabatur antequam Dominus subuerteret Sodomam & Gomorram, sicut Paradysus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor; nunc est sterilis, imò in circuitu maris per 12. milia est arida ex vapore illius maris.*

a. D. Hieron. in Ezech c. 48. Tom 5. in Zachar c. 14. Tom. 6. & in Ioel. c. 2. Tomo 6.

b. D Hieron in Genes. Tom. 2.

c. Idem Hiero. eodem loco.

d. Genes. 14.

e. Gene. 13. c.

AMMONITAE.

16. g.

REgnum Ammon, *in quo est ciuitas Rabath, nobilis vrbs, in qua habitauerūt olim Raphaim gens antiqua, quam interfecerunt filij Loth habitantes pro eis in Ammon, nunc Philadelphia appellata est.* f *Erat ei Metropolis Ammonitarum.* g *Iuxta hanc vrbem occisus est à filijs Ammon Vrias AEthæus, scripserat enim epistolam Dauid rex ad Ioab principem exercitus et misit*

f. D. Hieron. in Ezech. c. 25 Tom. 5.

g. Idem in Amos cap. 2. Tom. 6. & in Ezec ca. 21. Tom. 5.

2890. mūdi.

Loca.			Tempora.

misit per manum Vriæ, scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimũ est prælium, & derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cum obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos, egressiq; viri de ciuitate, bellabant aduersus Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Aethaus. Hanc vrbem Rabath cepit Dauid Rex, & tulit Diadema Regis eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde, populum quoq; adducens serrauit, & circumegit si per eos ferrata carpenta, diuisitq; & traduxit in Typo laterum. Sic fecit vniuersis ciuitatibus Ammon.[a]

a 2.Reg c.11. & 12.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis 12. in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam 14. n terræ Promissionis Index alter.

MOABITAE.

MOab *prouincia est Arabum, in qua habitauit Balac filius Beor, qui conduxit hariolum Balam de Mesopotamia, vt malediceret Israel,*[b] *vbi et initiatus est populus Beelphegor. huius Metropolis ciuitas vocabatur Ar siue Ath, quæ hodie ex Hebræo & Græco sermone composita Areopolis nuncupatur. Quanta autem fuerit potentiæ, Hieremias testatur dicens: Non est vltra exultatio in Moab, & iterum habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in Thesauris tuis, & fertilis fuit Moab ab Adolescentia sua, & requieuit in facibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt, & idcirco permansit gustus eius in eo: & odor eius non est immutatus. audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Moabitæ ab Assyrijs & Babylonijs, ab vtraq; enim gente vastati sunt eo tempore, quo Sennacherib*[c] *captiuum duxit Israel, & quando*

b Nume.24.

c 2.Par.32.a. Esa.36.a.

3129

C 2 Nabu-

Nabuchodonosor subuertit Hierusalem. [a] *Chamos Deus erat Moabitarum, sicut Baal & Astaroth, dij Sidoneorum, Moloch Ammonitarum.* [b] *Colebant & Moabitæ Beelphegor idolum, quem nos Priapum appellare possumus; interpretatur autem Beelphegor, idolum, tentigines habens in ore, id est, in summitate pellem, vt turpitudinem membri virilis ostenderet.* [c] *Est & Moabitarum vrbs quædam & Oronaim appellata, cuius meminit Esaias Propheta;* [d] *hæc secundum D. Hieronymum foramen mœroris interpretatur.* [e] *Spelunca Loth, sita est in monte, iuxta Segor vrbem. in qua Loth mansit, & duæ filiæ eius cum eo, cum Dominus subuerteret ciuitates Sodomorum; quæ conceperunt de patre suo, peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab, ipse est pater Moabitarum, vsque in præsentem diem: minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei; ipse est pater Ammoneorum, vsq; hodie.* [f] *Sub hoc monte, in quo est spelunca Loth, sunt multæ arbores, pulcherrimos fructus deferentes, in his nihil est præter cinerē.*

MADIANITAE.

Madian ciuitas est, *iuxta Arnon torrentem, & Areopolim, cuius nunc ruinæ tantummodo demonstrantur. Madian & Epha, regiones sunt trans Arabiam, fertiles Camelorum, omnisq; prouincia appellabatur Saba: vnde fuit & Saba Regina, quæ audita fama Salomonis regis Israel, in nomine Domini venit tentare eum in ænigmatibus.* [g] *In hanc regionem Madian fugit Moyses, percusso Aegyptio, & apud Ietro sacerdotem Madian moratus est; Sephoramq; eius filiam accepit vxorem: pascebat & ipse Moyses oues Ietro Soceri sui.* [h]

ISMA-

Loca.

a Hieron. in Esai. ca. 15 Tom. 5.
b Idem in Ose. cap. 8. Tom. 6.
c D. Hieron. in Ose. c. 9. Tom. 6.
d Esa. 15. c.
e Hieron. in Esai. ca. 15. Tom. 5.
f Gen. 19 c. D. Hiero. in Naum c. 3. To. 6.
g Idem in Esai. cap. 6. Tom. 5. 2. Reg. 10 & 2. Paral. 9.
h Exod. 2. & 3. cap.

Tempora.

3374.
2930.
2414.

Ingressu ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 13. *Index vnus.*

Egressu ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis 11 P *Index alter.*

Loca. | Tempora.

14. 8.r.

Ingressus ex charta Terrae

Egressus ex hac descriptione in

ISMAELITAE.

3374.

HIſmaelitæ in *Scriptura vocantur Agareni, ſiue Saraceni,*[a] *in quorum regione eſt vrbs Cedar, quæ fuit quondam inhabitabilis:*[b] *à filio Iſmaelis Cedar, ita cognominata.* [c] *Hanc regionem & etiam Aſor, percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis. inde eſt, quod dicit Eſaias Propheta. Et auferetur omnis gloria Cedar.* † *Agareni ſiue iſmaelitæ, quos Saracenos vocamus, habitant in hac regione, in tentorijs: quibus armenta ſunt, & pecora, Camelorumq; greges, qui non habent oſtia, nec vectes; non enim verſantur in vrbibus, ſed in ſolitudine habitant: & hi à Babylonijs deleti ſunt, eò, quod Aſor ciuitatem, quæ Metropolis gentis illius in eremo fuit, vſque ad ſolum ſubuerterint.* [d]

a D.Hieron. in Eſa. cap. 60. To 5.

b Idem in eundem ca. 42. Tom 5.

c D Hieron. in Ieremiā c.2. Tom 5.

† Eſa. 21. d.

d D.Hieron. in Eſa. c. 21 Tom. 5.

EDOM.

15. 9.p.

Promiſsionis in hanc deſcriptionem Index vnus.

chartam Terræ Promiſsionis Index alter.

2019.

IDumea, *regio Eſau, quæ ex eo, quod ille Edom & Seir vocabatur, nomen accepit. Eſt autem circa vrbem Petram, quæ nunc dicitur Gabalena: & eſt in finibus Eleotheropoleos, vbi habitauerunt Chorrei populi, qui interpretantur liberi, vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita eſt vocabulum: quod ergo Hebraicè Edom, id Græcè dicitur Idumæa: nunc viculus Palæſtinæ eſt, à Conditore ſic impoſito nomine, cuius Latina quoque & Græca meminit hiſtoria: Ille eſt cui dicitur per Amos Prophetam, ſuper tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum.* [e] *Idumea, Duma, Eſau, Seir, Edom, idem ſunt:* [f] *cuius auſtralis regio Idumeorum, de Eleutheropoli vſq; Petram, & Hailam vrbem eſt poſſeſſio Eſau. In ſpecubus habitatiũculas habẽt, & propter nimios calores*

e D Hieron. in Abdi. c. 1. Tom. 6.

f Idem in Ezech c. 25. Tom. 5.

Loca.				Tempo-ra.
a D.Hieron in Abd.ca. 1. Tom. 6. b 4. Reg. 14.	Ingressus ex charta Terrae 16.	*Solis, quia Meridiana prouincia est, subterraneis tugurijs vtitur.* a *Petra autem deserti, ciuitas Arabiae, quae quondã Metropolis fuit, & est in terra Edom: cognominata est etiam Iectael, & à Syrijs Recem; in qua regnauit Rocam, quem interfecerunt filij Israel: dicitur & ipse quoq; Rex, Madian. Hanc vrbem cepit Amasias, rex Iuda, occisis prius decem millibus hominum, in valle Salinarum, & vocauit hanc vrbem Iezechel,* b *nunc autem vocatur Canacum, & Arach: cum à Christianis colebatur, decorabatur Episcopali sede. In terra est mons Regalis, in quo Balduinus rex Hierosolymitanus, ædificauit sibi castrum, inexpugnabile propter difficilem accessum.*	Egressus ex hac descriptione in 8. f.	3112. 1160. anno Christi.

SEIR MONS.

c Hieron. in Esai ca. 21. Tom. 5. Idem in Ezech. c. 35. Tom. 5. d D.Hieron. in eundem ca. & loco e D.Hieron. in Amos c. 1. Tom. 6.	Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	MOns Seir *in terra Edom, in qua habitauit Esau, in regione Gabalena, quae ex eo, quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est, pilosi nomen accepit.* c *In his locis, prius habitabat Chorraus, quem interfecit Chodorlaomor Rex Elamitarum: Hic habitauit Esau, fuitq; pater Idumeorum. Reges autem, qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent regem filij Israel, septem fuere: Seir siue Edom siue Duma, vna eademq; gens est,* d *& dicitur Seir (vt dictũ est) ab Esau qui hispidus & pilosus erat: pilosi nomen accepit, & Edom dicitur sanguinarius, qui ob lenticulæ ruffæ coctionem, primogenita perdidit: & ab edulio sortitus est vocabulũ, Esau quoque facta interpretantur. Edom ipse est, qui & Esau.* e	chartam Terræ Promissionis Index alter.	

AMALEC.

	17.	AMalec populus lambens, *vel ex Hebræo & Syro populus percutiens; filius Eliphaz,*	7. m.	

Loca.			Tempora.
a Gen. 36. b. b Exod. 17. c.	Ingressus ex charta Terræ 18.	*liphaz, ex Thamna concubina,* a *à quo Amalecitæ populi, Lambentes vel percutientes; Contra Amalec pugnauit Iosue, Moyses autem, & Aaron, & Hur, ascenderunt super verticem collis; Cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec, manus autem Moysi erant graues; sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur, sustentabant manus eius, ex vtraq; parte. Et factum est, vt manus illius non lassarentur, vsque ad occasum Solis; fugauitq; Iosue Amalec, & populum eius, in ore gladij. Dixit autem Dominus ad Moysen: scribe hoc in monimentum, in libro, & trade auribus Iosue, delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.* b	Egressus ex hac descriptione in 1.p.

AEGYPTVS.

Loca.			Tempora.
c Plin. lib. 5. c. 9. natur. hist. Pompon. lib. 1. d Iosephus lib. 5. ca. 11. de bel. Iud. e Egesippus lib. 4. f Plin. lib. 5. c. 9. Strabo lib. 17. Ptol l. b. 4. cap 6. g Pompon. Mela lib. 1.	Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	AEgyptus, *angustia siue tribulationes interpretatur, ad occidentem Iudææ sita; Aphricæ regio est. Plinius tamen & Pomponius Mela,* c *Asiæ attribuit proximè Affricam. Hæc ab Oriente iungitur Assyria, & Mari rubro; de quo antea dictum est: ab Occidente habet Libyam, atque Cyrenen; à Meridie Limitem, qui Sienem ab Aethiopia dirimit, atq; Oceanum: à Septentrione Mare magnum, Sinumq; Arabicum, & terra ad Syriam vsque irrigatur Nilo, Authores sunt Iosephus* d *& Egesippus.* e *Inferiorem eius partem, Nilus dextra leuaq; diuisus, amplexu suo determinat, ideoq; Insulam quidam dixerunt Aegyptum, ita se fundente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Hinc multi, Græcæ literæ vocabulo Δ deltam, appellauere Aegyptũ.* f *Oppida insignia, Saijs, Memphis, Siene, Eubastis, Elephantis, Thebæ, Alexandria, Pelusium: testis est Mela,* g *Canopus, Balbis, Sebennis, Pathmis,*	chartam Terræ Promissionis Index alter.

Loca.				Tempora.
a Volaterranus lib. 12. Geograph. b Ioseph. lib. 1. c. 12. Antiq. Iudai. c. Psalm. 78. & 105. d Exod. 12. f.	Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	*mis, Mendes, Tams: vidè Raphaelem Volaterranum.* a *Non est autem negligendum, Aegyptum prophetis appellatam Misraim, à Misraim filio Cham, eiusdem appellationis. Iosephus Misraim & Misraim appellatam refert.* b *Hac quondam Aeria dicta est, quemadmodum Eusebius in chronicis annotauit. Adde, quod in Psalmis dicitur* c *Aegyptus Cham, quod eius filius Misraim occupauerit Aegyptum. Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum et triginta annorum: quibus expletis, egressus est omnis exercitus de terra Aegypti.* d *Profectiq; sunt filij Israel de Ramesse in Socoth: sexcenta ferè millia peditum virorum, absque pueris & mulieribus: sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.* *Atq; hac quidem de 18. illis charta inscriptis numeris hactenus: quorum 1. 2. 3. 4. pracipua veluti promissionis terra propugnacula quatuor, denotant: Arabiam videlicet, Montes Libani, Oceanum Mediterraneum, & Rubrum Mare. Reliqui autem quatuordecim numeri, hoc est 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. intermedia quadam alia prater 42. mansiones, & duodecim tribuum loca, designant. De quibus à pagina huius descriptionis 13. hucusq; dictum satis esse videtur. Nunc antequam ad loca tribuum describenda perueniam: mansiones illas aggrediamur.*	Egressus ex hac descriptione in chartam Terra Promissionis Index alter.	
R O M A				A M O R
	19.	RAMESSES.	1.5	
c Num. 33.		RAmesses, *prima est ex quadraginta duabus mansionibus pracipuis filiorum Israel, qui mense primo, quintadecima die mensis primi anni, egressi sunt per* c *turmas, in manu Moysis & Aaron: quas iuxta castrorum loca, qua iussit Dominus*		2454. anno mũdi

Loca. | Tempora.

minus, mutabant; ordinem describemus. Per hoc autem, quod populus Israel, exiens de Aegypto, venit ad terram Promissionis, per 42. mansiones: intelliguntur mysticè 42. generationes, [a] *per quas Dei populus, ab Abraham patre fidei nostræ, venit ad Christum, qui vera est hæreditas illa, atque sola, quæ nobis tam in veteri, quam in nouo Testamento promissa est. In cuius perpetuam rei memoriam (vt Abraham* [b] *ex Vr Chaldaeorum euocati generationes, cum Moysis ex Aegypti ergastulo liberati mansionibus conferendas, atque adeò ad Christum cruci pro nobis affixum,* [c] *tanquam finem & scopum omnium, omnia referenda esse ostenderemus) figuram Terræ Promissionis chartæ asscripsimus: Temporumq; seriem per generationes & mansiones peculiari quadam ordinis ratione obseruauimus. Quare ad primam mansionem quod attinet, Ramesses ciuitas est in extremis finibus Aegypti ab Israelitis condita,* [d] *olim vt Hieronymus ait* [e] *pagus, Arsenoites dicta fuit. De hac profecti sunt in Socoth* [f] *sexcenta ferè millia peditum virorum, absq; paruulis & mulieribus, vasa aurea & argentea Aegyptiorũ, non sine iusta causa, tanquam spolium auferentes: præter hoc enim, quòd Deus idipsum fieri præceperat,* [g] *Israelitæ quoq; cum vrbes & villas operati fuerint, Aegyptijs* [h] *digni vtiq; operarij mercede fuerunt, non ad fraudem instincti, sed ad mercedis compensationem; quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant.* [i] *Ad hanc mansionem, quæ fuit in regione optima terræ Gessen, confertur Abraham,* [k] *generatio Iesu Christi 1. quæ incidit in annum ante Christum 2011.*

Margin notes (Loca): a. Matth. 1. Iren. lib. 4. cap. 50. 1. Cor. 10. — b. Gen. 12. — c. Nume. 21. — d. Gen. 47. c. Num. 33. — e. D. Hieron. in Hebræ. quæstion. — f. Exod. 12. f. — g. Exod. 3 g. — h Exod. 16. — i Tertul. ad uers. Marcio. lib. 4. August de doctr. Christ. li. 2. c 40 — k Gene. 11. d — l Num. 33. d.

Margin (Tempora): 2494. mũdi. — 3960. — 3991. — 16. p. — 1949. mundi. — 1. r.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

20. SOCOTH.

Socoth, *secunda mansio est,* [l] *in qua filij Israel coquunt Azimos panes, & primum tendunt*

D

Loca. | Tempora.

a Hieron. de 42. mansf. — b Gene. 47. — c Gen. 21.

dunt tabernacula, vnde & ex re, locus nomen accepit. a *Socoth enim tabernacula, vel tentoria interpretantur. Socoth etiam regio est. à Græcis* Ζωγλοδύλς *dicta, quæ ad Rubrum mare excurrit: vbi Troglodytæ habitant, quemadmodum & Ramesses regio* b *dicitur. Ad hanc mansionem refertur* Isaac, c *generatio Iesu Christi secunda, quæ incidit in annum ante Christum. 1911.*

2049. mundi.

Ingressus 2.. *ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*

Egressus 1.9 1.9 *ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.*

ETHAM.

d Num. 33. — e Exod. 15. c. — f Iud. 15. b. — g 2. Par. 11. b. — h Psalm. 73. — i D. Hieron. ad Fabiol. de 42. mansionibus. — k Genes. 25.

ETham, *tertia mansio Hebræorum,* d *ante maris Rubri ingressum, est desertum magnũ & arenosum, ad mare Rubrum. Nam sicut tertia castra in Etham, extremis finibus solitudinis habuisse populus Hebræus fertur,* e *ita tribus diebus in solitudine Etham post transitum Mare vagabundus errauit. Vnde vel duplex est Etham. Vnum extra Mare in Aegypto; alterum vltra Mare in deserto, vel mare Rubrum continetur in solitudine Etham. Est & alius Ethan in Iudæa, in quo Sampson* f *obsidebatur. Est viculus in tribu Iuda, quem Roboam muris cinxisse fertur.* g *De alio Ethan mẽtio fit in Psalm.* h *Tu siccasti fluuios Ethan, de quo tamen non frustra intelligas hanc tertiam mansionem, vt sit sensus: Tu siccasti mare Rubrum, quod continetur in deserto Ethan. In hac mansione, primum Dominus videtur nocte in columna ignis, & per diem in columna nubis, vt præcedat populum, & dux itineris fiat.* i *Ad tertiam hanc mansionem refertur* Iacob, k *qui & Israel dicitur, generatio Iesu Christi tertia, quæ incidit in annum ante Christum 1851.*

2109. mundi.

22. | 2.r.

PHIAIROTH.

l Exod. 14. 2.

PHiairoth, *quarta mansio Hebræorum, de qua locutus est Dominus ad Moysen dicens:* l *Loquere filijs Israel, reuersi castra metentur è regione Hiairoth, quæ est inter Magdalum & mare Be-*

re Be-

Loca.				Tempora.
	Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	re Beelsephon, in conspectu eius, castra ponetis super mare. dicturusq; est Pharao, super filios Israel, coartati sunt in terra, conclusit eos desertum. Cumq; persequerentur Aegyptij vestigia præcedentiu filioru Israel, repererūt eos in castris super Mare; omnis equitatus & currus Pharaonis erāt in Phiairoth contra Beelsephon. Cumq; appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde, clamaueruntq; ad Deum, & dixerunt ad Moysen: forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te, in Aegypto dicentes: recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs: multo enim melius est seruire eis quam mori in solitudine. Moyses autem quid fecerit, suprà dictum est. a Ad quartam hanc mansionem refertur Iudas, b generatio Iesu Christi quarta, quæ incidit in annum ante Christum. 1760.	8 r. Egressus ex hac descriptione in chartam	
a Pagina 15. b Genes 41. 45. 46. 47. 50.	22.			2200. mundi.
		MARATH.	3 q	
c Exod. 15. c.		Marath, *quinta mansio Hebræorum, in quam Moyses tulit Israel de mari rubro,* c *vbi non inuenerunt aquam, nisi amaram, quo cum peruenisset, loco congruum nomen imposuit, vocans illum Marath, id est, amaritudinem, & murmurabat populus contra Moysen dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem conuersa sunt. Ad quintā hanc mansionem refertur* Phares, d *generatio Iesu Christi quinta, quæ incidit in annū ante Christū 1654*	Terræ Promissionis Index alter.	
d 1. Par 4. Ruth. 4. Matth. 1.				2306. mundi.
	24.	**HELIM.**	3. q.	
e Exod. 15. d		Helim, *sexta mansio* e *Hebræorum, in qua filij Israel manserunt quindecim diebus. vbi erat aqua dulcis, id quod ex palmis illic crescentibus notatur, Cum non crescant, vbi*		

 sunt.

Loca. | Tempora.

dicij.[a] *Iordanis fluuius maximus in Iudæa est, iuxta quem morantur leones ob deserti viciniam, & latitudinem vastæ solitudinis & arundineta, carecta, vnde & per Prophetam dicitur: Ascendit leo de Iordane.*[b] *Sciendum est quod ab ortu Iordanis sub Libano, vsque ad desertum Pharan, ex vtraque parte fluminis sunt campi lati, & amœni, sed circumdati multis mōtibus. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, curatus fuit à lepra, eo quod mandato Helizei prophetæ Domini se lauit septies in Iordane.*[c]

a Idem in Ezech. ca. 28 Tom. 5.

b D. Hieron. in Zach. c. 11. Tom 6

c 4. Reg. c. 5

3363. anno mūdi

3028. mūdi.

Ingressus ex 6. charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus 12. c. ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter.

CHANAAN TERRA.

Noe tres *filios habuit. Sem, Cham, & Iaphet; Cham habuit Chanaan, qui maledictus fuit à Noe dicente; Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.*[d] *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suū. Ethæum & Iebuzæum, & Amorrhæum, & Heuæum, & Arachæum, & per hos disseminati sunt populi Chananeorum, factiq; sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Gerarum, vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim vsque Iesa.*[e] *Hanc terram Chanaan Iudæi eiectis Chananeis possederunt. Erat illa regio quam Dominus Deus promiserat populo suo,*[f] *postea autem dicta est à quibusdam Palestina, nunc verò dicitur terra sancta, sed à nobis hic terra promissionis, quæ tempore Christi in tres partes diuidebatur, scilicet in Iudæam, Samariam, & Galilæam.*

d Genes. c. 9.

e Gen. ca. 10.

f Gen. 12. 15.

1558. an. mundi.

2024 anno mūdi

1960. anno mūdi

7. 13. c.

GALILAEA.

Galilæa gentium *in quo Cana Galilææ oppidum situm est. Vnde & Nathanael verus Israelita Saluatoris testimonio comprobatur.*

[a] *In Cana*

Loca.	Tempora.
a Ioan. ca. 1.	30. anno Christi elapso.

a *In Cana Galilaeae nuptiae factae sunt: & ibi erat mater Iesu. vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias, & deficiente vino, dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent, & dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Postea dixit Iesus ministris: implete has hydrias aquae, quae sex erant, & cùm impleuisset, dixit eis. Haurite nunc & ferte Architriclino. vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factum, dixit sponso: Omnis homo primum bonum vinũ ponit: & cùm inebriati fuerint, tũc id quod deterius est, tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc? & hoc fuit initium signorum in Cana Galilaeae.* c

b Ioan. ca. 2.

c Gen. 15. d.

Ingressus ex charta Terrae 8. Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in 16. e. chartam Terrae Promissionis Index alter.

AMORRHAEI.

AMorrhaei populi *sunt,* d *qui quemadmodum expugnantur à Cadorlaomor* e *Elamitarum rege, & ab israelitis:* f *sic ipsi alius quoque gentes; aliosque populos, quales sunt Israelitae & Gabaonitae* g *vicißim expugnant. Reges autem Amorrhaeorum fuerunt Sehon & Og, habitantes trans Iordanem ad occidẽtalem plagã.* h *Amorrhaei recensentur inter septem illas gentes Hethaeos videlicet & Gergesaeos: Chananaeos & Pheresaeos et Heuaeos & Iebusaeos et Amorrhaeos, quae à Domino gentes traditae filijs Israel ad internecionem vsque percussae sunt ab Israelitis.* i

d Gen. 14. b. e Num. 21. e. f. g. f Deut. 1 g. g Iosue 10. a. b. h Num. 21. c. i Deut. 7. a.

2494. mundi.

9. — 15 h.

DECAPOLIS.

DEcapolis. Decem *ciuitatum regio, sita est vltra Iordanem ad Orientem, cuius inter caetera mentio fit in Matthaeo* k *& Marco.* l *Inque Plinij Naturalis Historiae libro* m *& Diui Hieronymi Ecloga.*

k Matth. 4. c. l Marc. 5. 8. m Plin. li. 5. c. 18.

SODO.

Loca.	10.	SODOMA, GOMORRA, ADAMA. &c.	11.k.	Tempora.
a Gen. 4. c. b Esaiæ c.1. c D. Hieron. in Ose.c.11 Tom.6. d Idem ca.2. Tom.6. e Ezech.c.16. f D. Hieron. in Ezech.c. 16. Tom.5. g Gen.14.c. h Hieron. in Ose.cap.11. Tom.6. i D. Hieron. in Esa.cap. 15. Tom.5. k Genes.19.c. l Iosephus lib. 1.cap.9 Antiq.Iud.	*Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*	Sodoma ciuitas *impiorum diuino igne consumpta. Rex huius vrbis vocabatur Basa:* a *Sodoma & Gomorra maiores erãt in crimine: Adama & Seboim earũ exempla sectatæ sunt. Nota quod vbi contra Iudã dicitur, id est, populũ Dei, ponitur Sodoma et Gomorra.* b *Exẽplum, Audite legẽ Dei Principes Sodomorum; attendite verbũ Domini populus Gomorræ.* c *Sodoma & Gomorra quomodo in Scripturis accipiantur, videre est apud Hieronymum in Sophoniam prophetam.* d *Iudæi non rectè interpretantes hunc locum.* e *Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam, dicunt in Christi sui aduentu: (quem nos tamen Antichristum scimus) Sodomam restituendam in antiquum statum, ita vt sit quasi paradysus Dei, & quasi terra Aegypti & etiam Samariam pristinam recipere fœlicitatem, & de Assyrijs reuertentur in terram Iudæam.* f *Adama vrbs vna est de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ diuinitus euersa, igneq́ consumpta fuit propter peccata habitãtium. Rex huius vrbis vocabatur Sennaar, vt scriptũ est.* g *Bala aũt quæ & Segor siue Zoara,* h *nunc vocatur Balezona, siue castrum Palmarũ, sola de dictis quinque Sodomorum ciuitatibus, Loth precibus reseruata.* i *Imminet hac mari mortuo, & præsidium in ea positum fuit militum Romanorum. Habitatoribus proprijs frequentatur, & apud eam gignitur balsamum, & poma palmarum antiquæ vbertatis indicia. Segor Hebraicum nomen est. Zoara Syriacum, & Bala interpretatur absorpta. Iuxta hanc vrbem vxor Loth versa est in statuam salis, quia contra præceptum Domini, post se respexerat,* k *quam Iosephus asserit se vidisse:* l *illicq́ue permanet vsque in præsentem diem. In principio* mar	*Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.*	2024. mũdi. 3141. mũdi. 3221. mũdi. 2024. anno mũdi 70. anno Christi.

Loca.				Tempora.
a. Ezech. 47. b. D. Hieron. in Ezech c. 47 Tom. 5 c. Genes. 14. d. D Hieron. in Hierem. c. 32. To. 5. e. Genes. 19.	Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	*maris mortui vrbs est Engallim, ibi Iordanis fluuius ingreditur mare mortuum. huius vrbis meminit Ezechias* a *propheta dicens. Et stabunt piscatores ab Engaddi vsque ad Engallim, siccatio sagenarum erit: Engallim secundum Hieronymū* b *interpretatur fons, vel oculus vitulorum. Rex Gomorrhae de qua paulo ante vocabatur Bersa.* c *Nota quod locus, in quo crucifixus est Dominus noster Iesus Christus spiritualiter Gomorrha & Aegyptus vocatur, alij verò vniuersum mundum sub nomine Aegypti & Gomorrae significari putant vt enim Gomorra diuinae vltionis igne deleta est, ita & mundum iudicio Dei concremandū.* d *Mare mortuum siue salinarū, siue lacus Asphalti, id est, bituminis dicitur; secundum Iosephum, habet stadia 586. quae faciūt 73. miliaria & duo stadia vsque ad mare rubrum. Porrò secundum Saracenos durat per quinque dietas, cum continuatur per aquas marath, & aliqui dicunt (errantes tamen) quod aqua Iordanis non miscetur aquis huius maris, sed absorbetur à terra. Saraceni dicunt quod verè ingreditur, & mare crescit & decrescit, secundum abundantiam resolutionis niuis & pluuiarum. Habet & mare mortuum duodecim miliaria in latitudine ab oriente in occidentem, & quinque dietas in longitudinem à septentrione in meridiem. In eo sunt quatuor praedicta ciuitates, scilicet Sodoma, Gomorra, Seboim & Adama, quas Dominus Deus subuertit propter peccata detestabilia & horrenda habitantium.* e *Mare mortuum dicitur, eo quod nihil potest esse vitale in eo, nihilque quod spiret, & possit incedere prae amaritudine nimia: in hoc mari reperiri potest nec cochleolae quidem, paruiq; vermiculi, & anguillae, & caetera animantium siue serpentium genera. Si denique Iordanis auctus imbribus pisces illic influens rapuerit, statim morientur,*	Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.	2024. anno mūdi.

Loca.			Tempora.
a. D.Hieron. in Ezech c. 48. Tom 5. in Zachar c.14. Tom. 6. & in Io el. c. 2. To mo 6. b. D Hieron in Genes. Tom.2. c. Idem Hiero. eodem loco. d. Genes 14. e. Gene. 13. c.	*Ingressus ex charta Terra Promissionis in hanc descriptionem Index II. vnus.*	*rietur, & pinguibus aquis supernatant.* a *Super regionem Sodoma. Saue ciuitas est antiqua in qua habitauerunt Ominei gens valida, quam excidit Chodorlaomor rex Elamitarum. Quatuor reges profecti de Babylone interfecerunt gigantes, hoc est Raphaim, robustos quoq; Arabia, & Zozim in Hom & Emin in ciuitate Saue: qua vsque hodie sic vocatur. Zozim aűt et Ennim terribiles & horrendi interpretantur.* b *In valle syluestri siue salinarum fuerunt antea putei bituminis: sed post Dei iram & sulphuris pluuiam, in mare mortuum versa est. Vnde est quod mare mortuum vocatur stagnum Asphalli, id est, bituminis.* c *In hac valle syluestri Chodorlaomor, & tres alij reges, scilicet Thadal rex gentium, & Amraphel Rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, pugnauerunt contra quinq; reges, scilicet Basa Regem Sodomorum: Bersa Regem Gomorra, Sennaar Regem Adama, Semebey Regem Siboim, & contra Regem Bala, ipsa est Segor, & ibi eos vicerunt.* d *Vallis illustris nunc Salis, de qua dicitur:* e *Quod irrigabatur antequam Dominus subuerteret Sodomam & Gomorram, sicut Paradysus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor; nunc est sterilis, imò in circuitu maris per 12. milia est arida ex vapore illius maris.*	*Egressus ex hac descriptione in chartam Terra Promissionis Index alter.* 16.g.
		AMMONITAE.	
f. D.Hieron. in Ezech.c. 25 Tom. 5. g. Idem in Amos cap.2. Tom.6. & in Ezec ca. 21. Tom. 5.		REgnum Ammon, *in quo est ciuitas Rabath, nobilis vrbs, in qua habitauerűt olim Raphaim gens antiqua, quam interfecerunt filij Loth habitantes pro eis in Ammon, nunc Philadelphia appellata est.* f *Erat ei Metropolis Ammonitarum.* g *Iuxta hanc vrbem occisus est à filijs Ammon Vrias AEthaus, scripserat enim epistolam Dauid rex ad Ioab principem exercitus et misit*	2890. mũdi.

Loca. | Tempora.

misit per manum Vriæ, scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimũ est prælium, & derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cum obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos, egressiq́; viri de ciuitate bellabant aduersus Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Aethæus. Hanc vrbem Rabath cepit Dauid Rex, & tulit Diadema Regis eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde, populum quoq; adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitq́; & traduxit in Typo laterum. Sic fecit vniuersis ciuitatibus Ammon.[a]

a 2.Reg c.11. & 12.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis 12. *in hanc descriptionem Index vnus.*

Egressus ex hac descriptione in chartam 14. n *terræ Promissionis Index alter.*

MOABITAE.

MOab *prouincia est Arabum, in qua habitauit Balac filius Beor, qui conduxit hariolum Balam de Mesopotamia, vt malediceret Israel,*[b] *vbi et initiatus est populus Beelphegor. huius Metropolis ciuitas vocabatur Ar siue Ath, quæ hodie ex Hebræo & Græco sermone composita Areopolis nuncupatur. Quanta autem fuerit potentiæ, Hieremias testatur dicens: Non est vltra exultatio in Moab, & iterum habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in Thesauris tuis, & fertilis fuit Moab ab Adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt, & idcirco permansit gustus eius in eo: & odor eius non est immutatus. audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Moabitæ ab Assyrijs & Babylonijs, ab vtraq; enim gente vastati sunt eo tempore, quo Sennacherib*[c] *captiuum duxit Israel, & quando* 3129

b Nume.24.

c 2.Par.32.a. Esa.36.a.

Loca.	Tempora.
a Hieron. in Esai. ca. 15 Tom. 5. b Idem in Ose. cap. 8. Tom. 6. c D. Hieron. in Ose. c. 9. Tom. 6. d Esa. 15. c. e Hieron. in Esai. ca. 15. Tom. 5. f Gen. 19 c. D. Hiero. in Naum c. 3. To. 6. g Idem in Esai. cap. 6. Tom. 5. 2. Reg. 10 & 2. Paral. 9. h Exod. 2. & 3. cap.	3374. 2930. 2414.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 13. Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis 11 P Index alter.

Nabuchodonosor subuertit Hierusalem. a *Chamos Deus erat Moabitarum, sicut Baal & Astaroth, dij Sidoneorum, Moloch Ammonitarum.* b *Colebant & Moabitæ Beelphegor idolum, quem nos Priapum appellare possumus; interpretatur autem Beelphegor, idolum, tentigines habens in ore, id est, in summitate pellem, vt turpitudinem membri virilis ostenderet.* c *Est & Moabitarum vrbs quædam & Oronaim appellata, cuius meminit Esaias Propheta;* d *hac secundum D. Hieronymum foramen mœroris interpretatur.* e *Spelunca Loth, sita est in monte, iuxta Segor vrbem. in qua Loth mansit, & duæ filiæ eius cum eo, cum Dominus subuerteret ciuitates Sodomorum; quæ conceperunt de patre suo, peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab, ipse est pater Moabitarum, vsque in præsentem diem: minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei; ipse est pater Ammonitorum, vsq; hodie.* f *Sub hoc monte, in quo est spelunca Loth, sunt multæ arbores, pulcherrimos fructus deferentes, in his nihil est præter cinerē.*

MADIANITAE.

Madian ciuitas est, *iuxta Arnon torrentem, & Areopolim, cuius nunc ruinæ tantummodo demonstrantur. Madian & Epha, regiones sunt trans Arabiam, fertiles Camelorum, omnisq; prouincia appellabatur Saba: vnde & it & Saba Regina, quæ audita fama Salomonis regis Israel, in nomine Domini venit tentare eum in ænigmatibus.* g *In hanc regionem Madian fugit Moyses, percusso Aegyptio, & apud Ietro sacerdotem Madian moratus est; Sephoramq; eius filiam accepit vxorem: pascebat & ipse Moyses oues Ietro Soceri sui.* h

ISMA-

Loca. | 14. | 11. | Tempora.

ISMAELITAE.

3374.

HIsmaelitæ *in Scriptura vocantur Agareni, siue Saraceni,*[a] *in quorum regione est vrbs Cedar, quæ fuit quondam inhabitabilis:*[b] *à filio Ismaelis Cedar, ita cognominata.*[c] *Hanc regionem & etiam Asor, percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis. inde est, quod dicit Esaias Propheta. Et auferetur omnis gloria Cedar.*† *Agareni siue Ismaelitæ, quos Saracenos vocamus, habitant in hac regione, in tentorijs: quibus armenta sunt, & pecora, Camelorumq; greges, qui non habent ostia, nec vectes; non enim versantur in vrbibus, sed in solitudine habitant: & hi à Babylonijs deleti sunt, eò, quod Asor ciuitatem, quæ Metropolis gentis illius in eremo fuit, vsque ad solum subuerterint.*[d]

a D.Hieron. in Esa.cap. 60. To 5.
b Idem in eundem ca. 42. Tom 5.
c D Hieron. in Ieremiã c.2. Tom 5.
† Esa. 21. d.
d D.Hieron. in Esa.c. 21 Tom. 5.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

EDOM.

15. | 9. p. | 2019.

IDumea, *regio Esau, quæ ex eo, quod ille Edom & Seir vocabatur, nomen accepit. Est autem circa vrbem Petram, quæ nunc dicitur Gabalena: & est in finibus Eleotheropoleos, vbi habitauerunt Chorrei populi, qui interpretantur liberi, vnde & ipsa vrbs postea sortita est vocabulum: quod ergo Hebraicè Edom, id Græcè dicitur Idumæa: nunc viculus Palæstinæ est, à Conditore sic imposito nomine, cuius Latina quoque & Græca meminit historia: Ille est cui dicitur per Amos Prophetam, super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum.*[e] *Idumea, Duma, Esau, Seir, Edom, idem sunt:*[f] *cuius australis regio Idumeorum, de Eleutheropoli vsq; Petram, & Hailam vrbem est possessio Esau. In specubus habitatiũculas habẽt, & propter nimios calores*

e D Hieron. in Abdi. c. 1. Tom. 6.
f Idem in Ezech c. 25. Tom. 5.

Loca.				Tempora.
a D.Hieron in Abd.ca. 1. Tom. 6.		Solis, quia Meridiana prouincia est, subterraneis tugurijs vtitur. a Petra autem deserti, ciuitas Arabiæ, quæ quondã Metropolis fuit, & est in terra Edom: cognominata est etiam Iectael, & à Syrijs Recem; in qua regnauit Rocam, quem interfecerunt filij Israel: dicitur & ipse quoq; Rex, Madian. Hanc vrbem cepit Amasias, rex Iuda, occisis prius decem millibus hominum, in valle Salinarum, & vocauit hanc vrbem Iezechel, b nunc autem vocatur Canacum, & Arach: cum à Christianis colebatur, decorabatur Episcopali sede. In terra est mons Regalis, in quo Balduinus rex Hierosolymitanus, ædificauit sibi castrum, inexpugnabile propter difficilem accessum.		3112.
b 4. Reg. 14.	Ingressus ex charta Terræ		Egressus ex hac descriptione in	1160. anno Christi.
	16.	**SEIR MONS.**	8.f.	
c Hieron. in Esai ca. 21. Tom. 5. Idem in Ezech. c. 35. Tom. 5. d D.Hieron. in eundem ca. & loco e D.Hieron. in Amos c. 1. Tom. 6.	Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	MOns Seir in terra Edom; in qua habitauit Esau, in regione Gabalena, quæ ex eo, quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est, pilosi nomen accepit. c In his locis, prius habitabat Chorræus, quem interfecit Chodorlaomor Rex Elamitarum: Hic habitauit Esau, fuitq; pater Idumeorum. Reges autem, qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent regem filij Israel, septem fuere: Seir siue Edom siue Duma, vna eademq; gens est, d & dicitur Seir (vt dictũ est) ab Esau qui hispidus & pilosus erat: pilosi nomen accepit, & Edom dicitur sanguinarius, qui ob lenticulæ ruffæ coctionem, primogenita perdidit: & ab edulio sortitus est vocabulũ, Esau quoque facta interpretantur. Edom ipse est, qui & Esau. e	chartam Terræ Promissionis Index alter.	
	17.	**AMALEC.**	7.m.	
		AMalec populus lambens, vel ex Hebræo & Syro populus percutiens; filius Eliphaz,		

Loca.	Tempora.

lipbaz, ex Thamna concubina, a à quo Amalecitæ populi, Lambentes vel percutientes; Contra Amalec pugnauit Iosue, Moyses autem, & Aaron, & Hur, ascenderunt super verticem collis; Cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec, manus autem Moysi erant graues; sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem & Hur, sustentabant manus eius, ex vtraq; parte. Et factum est, vt manus illius non lassarentur, vsque ad occasum Solis; fugauitq; Iosue Amalec, & populum eius, in ore gladij. Dixit autem Dominus ad Moysen: scribe hoc in monimentum, in libro, & trade auribus Iosue, delebo enim memoriam Amalec sub cœlo. b

a Gen. 36. b.

b Exod. 17. c.

Ingressus ex charta Terræ 18. Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in 1. p. chartam Terræ Promissionis Index alter.

AEGYPTVS.

Aegyptus, angustia siue tribulationes interpretatur, ad occidentem Iudææ sita; Aphrica regio est. Plinius tamen & Pomponius Mela, c Asiæ attribuit proximè Affricam. Hæc ab Oriente iungitur Assyriæ, & Mari rubro; de quo antea dictum est: ab Occidente habet Libyam, atque Cyrenen; à Meridie Limitem, qui Sienem ab Aethiopia dirimit, atq; Oceanum: à Septentrione Mare magnum, Sinumq; Arabicum, & terra ad Syriam vsque irrigatur Nilo, Authores sunt Iosephus d & Egesippus. e Inferiorem eius partem, Nilus dextra leuaq; diuisus, amplexu suo determinat, ideoq; Insulam quidam dixerunt Aegyptum, ita se fundente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Hinc multi, Græca litera vocabulo Δ deltam, appellauere Aegyptū. f Oppida insignia, Saijs, Memphis, Siene, Eubastis, Elephantis, Thebæ, Alexandria, Pelusium: testis est Mela, g Canopus, Balbis, Sebennis, Pathmis,

c Plin. lib. 5. c. 9. natur. hist. Pompon. lib. 1.

d Iosephus lib. 5. ca. 11. de bel. Iud.

e Egesippus lib. 4.

f Plin. lib. 5. c. 9. Strabo lib. 17. Ptol. lib. 4. cap. 4.

g Pompon. Mela lib. 1.

Loca.				Tempora.
a Volaterranus lib. 12. Geograph. b Ioseph. lib. 1. c. 12. Antiq. Iudai. c. Psalm. 78. & 105. d Exod. 12. f. R O M A e Num. 33.	*Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.* 19.	*mis, Mendes, Tams: vidè Raphaelem Volaterranum.* a *Non est autem negligendum, Aegyptum prophetis appellatam Misraim, à Misraim filio Cham, eiusdem appellationis. Iosephus Misraim & Misraim appellatam refert.* b *Hæc quondam Aeria dicta est, quemadmodum Eusebius in chronicis annotauit. Adde, quod in Psalmis dicitur* c *Aegyptus Cham, quod eius filius Misraim occupauerit Aegyptum. Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum et triginta annorum: quibus expletis, egressus est omnis exercitus de terra Aegypti.* d *Profectiq; sunt filij Israel de Ramesse in Socoth: sexcenta ferè millia peditum virorum, absque pueris & mulieribus: sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.* *Atq; hæc quidem de 18. illis chartæ inscriptis numeris hactenus: quorum 1. 2. 3. 4. præcipua veluti promissionis terræ propugnacula quatuor, denotant: Arabiam videlicet, Montes Libani, Oceanum Mediterraneum, & Rubrum Mare. Reliqui autem quatuordecim numeri, hoc est 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. intermedia quædam alia præter 42. mansiones, & duodecim tribuum loca, designant. De quibus à pagina huius descriptionis 13. hucusq; dictum satis esse videtur. Nunc antequam ad loca tribuum describenda perueniam: mansiones illas aggrediamur.* **RAMESSES.** RAmesses, *prima est ex quadraginta duabus mansionibus præcipuis filiorum Israel, qui mense primo, quintadecima die mensis primi anni, egressi sunt per* e *turmas, in manu Moysis & Aaron: quas iuxta castrorum loca, quæ iussit Dominus*	*Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.* 1.5	A M O R 2454. anno mũdi

Loca. | Tempora.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

2494. mũdi.

minus, mutabant; ordinem describemus. Per hoc autem, quod populus Israel, exiens de Aegypto, venit ad terram Promissionis, per 42. mansiones: intelliguntur mysticè 42. generationes, [a] *per quas Dei populus, ab Abraham patre fidei nostræ, venit ad Christum, qui vera est hæreditas illa, atque sola, quæ nobis tam in veteri, quam in nouo Testamento promissa est. In cuius perpetuam rei memoriam (vt Abraham* [b] *ex Vr Chaldæorum euocati generationes, cum Moysis ex Aegypti ergastulo liberati mansionibus conferendas, atque adeò ad Christum cruci pro nobis affixum,* [c] *tanquam finem & scopum omnium, omnia referenda esse ostenderemus) figuram Terræ Promissionis chartæ asscripsimus: Temporumq; seriem per generationes & mansiones peculiari quadam ordinis ratione obseruauimus. Quare ad primam mansionem quod attinet, Ramesses ciuitas est in extremis finibus Aegypti ab Israelitis condita,* [d] *olim vt Hieronymus ait* [e] *pagus, Arsenoites dicta fuit. De hac profecti sunt in Socoth* [f] *sexcenta ferè millia peditum virorum, absq; paruulis & mulieribus, vasa aurea & argentea Aegyptiorũ, non sine iusta causa, tanquam spolium auferentes: præter hoc enim, quòd Deus id ipsum fieri præceperat,* [g] *Israelitæ quoq; cum vrbes & villas operati fuerint, Aegyptijs* [h] *digni vtiq; operarij mercede fuerunt, non ad fraudem instincti, sed ad mercedis compensationem; quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant.* [i] *Ad hanc mansionem, quæ fuit in regione optima terræ Gessen, confertur Abraham,* [k] *generatio Iesu Christi 1. quæ incidit in annum ante Christum 2011.*

3960. | 3998. | 16. p. | 1949. mundi.

20. SOCOTH. I.I.

SOcoth, *secunda mansio est,* [l] *in qua filij Israel coquunt Azimos panes, & primum ten-*

D *dunt*

a. Matth. 1. Iren. lib. 4. cap. 50. 1. Cor. 10.
b. Gen. 12.
c. Nume. 21.
d. Gen. 47. c. Num. 33.
e. D. Hieron. in Hebræ. quæstion.
f. Exod. 12. f.
g. Exod. 3 g.
h. Exod. 16.
i. Tertul. ad uers Marcio. lib. 4. August de doctr. Christ. li. 2. c 40
k. Gene. 11. d
l. Num. 33. d.

Loca.				Tempora.
	Ingressus ex charta Terræ Promissionis in	*re Beelsephon, in conspectu eius, castra ponetis super mare. dicturusq́; est Pharao, super filios Israel, coartati sunt in terra, conclusit eos desertum. Cumq́; persequerentur Aegyptij vestigia præcedentiu filiorū Israel, repererūt eos in castris super Mare; omnis equitatus & currus Pharaonis erāt in Phiairoth contra Beelsephon. Cumq́; appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde, clamaueruntq́; ad Deum, & dixerunt ad Moysen: forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te, in Aegypto dicentes: recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs: multo enim melius est seruire eis quam mori in solitudine. Moyses autem quid fecerit, suprà dictum est.* a *Ad quartam hanc mansionem refertur* Iudas, b *generatio Iesu Christi quarta, quæ incidit in annum ante Christum. 1760.*	81. *Egressus ex hac descriptione in chartam*	
a Pagina 15. b Genes 41. 45. 46. 47. 50.	23.			2200. mundi.
	hanc descriptionem Index vnus.	**MARATH.** Marath, *quinta mansio Hebræorum, in quam Moyses tulit Israel de mari rubro,* c *vbi non inuenerunt aquam, nisi amaram, quo cum peruenisset, loco congruum nomen imposuit, vocans illum Marath, id est, amaritudinem, & murmurabat populus contra Moysen dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem conuersæ sunt. Ad quintā hanc mansionem refertur* Phares, d *generatio Iesu Christi quinta, quæ incidit in annū anteChristū 1654*	3 q *Terræ Promissionis Index alter.*	
c Exod. 15. c.				
d 1. Par 4. Ruth. 4. Matth. 1.	24.		3. q.	.2306. mundi.
e Exod. 15. d		**HELIM.** Helim, *sexta mansio* e *Hebræorum, in qua filij Israel manserunt quindecim diebus. vbi erat aqua dulcis, id quod ex palmis illic crescentibus notatur, Cum non crescant, vbi*		

 sunt.

Loca.				Tempora.
a Num. 33.		*sunt aquæ amaræ. Palmæ autem, quod hoc loco fuerint, ex textu probatur his verbis.*[a] *De Mara venerunt in Helim, vbi erant 12 fontes aquarum, & 70. palmæ. & castra metati sunt iuxta aquas. Hucusq; comederunt filij Israel de illa cõspersione, seu pasta, quam coxerant in Socoth, & secum tulerunt de Aegypto. qua deficiente, ceperunt murmurare denuo. Ad sextam hanc mansionem refertur* Efron, [b] *generatio Iesu Christi sexta: quæ incidit in annum ante Christum. 1615.*		
b 1. Paral. 4. Ruth. 4.				3345. mundi.
	25.	**SVR.**	3. p.	
c Exod. 15. c.		SVr, *septima mansio,*[c] *quæ prima est in deserto Sin (nam omnis Eremus vsque ad Sinai dicitur Sin) in quo sunt quinq; mansiones, his nominibus expressæ: Sur, Sin, Daphca, Alus, Raphidim: Videntur autẽ et precedẽtes duæ mansiones, Marath, & Helim, post superatum mare Rubrum, sub nomine Sur comprehendi: cum textus ita dicat. Tulit autem Moyses Israel de mari Rubro, & ingreßi sunt in desertum Sur. profecti itaque sunt de Helim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Helim & Sinai,* [d] *15. die mensis secundi, postquam egreßi sunt de terra Aegypti; prius tamen venerunt in desertum Sur, quod est pars deserti Sin, licet & Sin quædam sit particularis mansio, de qua sequitur. Ad septimam hanc mansionem refertur* Aram, [e] *generatio Iesu Christi septima, quæ incidit in annum ante Christum. 1592.*		
d Exod. 16. a.				
e Ruth. 4. Matth. 1.				2368. mundi.
	26.	**SIN.**	4. n.	
f Exod. 16. a		SIn, *octaua mansio,* [f] *in qua murmurauit congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron, dicens: Vtinam mortui essemus per manũ* Domini		

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Loca.				Tempora.
	Ingressus ex charta Terra Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	*Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panem de cælo. Murmurantibus igitur pro cibo Israelitis, pluit Dominus Cothurnices, & Man ad saturitatem: aßimulatur autem Man Coriandro, non ob colorem quidem, cum Coriandri semina sint nigra, & Man fuerit album; sed ob figurā, cum essent grana subtilia, in morem granulorum Coriandri.* a *Ad hanc octauam mansionem refertur* Aminadab, *generatio Domini nostri Iesu Christi octaua, quæ incidit in annum ante Christum. 1547.*	Egressus ex hac descriptione in chartam terræ Promissionis Index alter.	
a Ruth. 4. Matth. 1.				2413. mundi.
	27.	**DAPHCA.**	4.m	
b Num. 33. c Ruth. 4. Matth. 1. d Ruth. 4.		Daphca, *nona mansio,* b *per quam mysticè intelligitur* Naasson, c *generatio Christi nona, quæ incidit in annum ante Christum. 1496. Ex hac mansione profecti filij Israel castra metati sunt in* Alus, *mansionem decimam, per quam mystice intelligitur* Salmon, d *generatio Iesu Christi 10. quæ incidit in annum ante Christum. 1450.*		2464. mundi. 2610. mundi.
	28.	**RAPHIDIM.**	5.m.	
e Exod. 17. a.		Raphidim, *11. mansio,* e *vbi non erat aqua ad bibendum populo, qui iurgatus contra Moysen ait, Da nobis aquam vt bibamus. Moyses autem respondit, quid iurgamini contra me? cur tentatis dominum? Vnde verisimile putatur, populum non siti laborasse postea, quam cepit edere Manna, sed temeritate quadam cepisse murmurare aduersus rectores suos: videtur enim haberi*		

Loca. | Tempora.

ex Scriptura, quod Manna, & satiabat, & potum praestabat; nam cum caderet super rorem, & tegeretur rore, atq; ros ille, Sole exorto, in aquam solueretur, non potuit esse sine liquore, praesertim cum Dominus dicat: [a] *Ecce ego pluo vobis Manna de coelis; pluuia autem non est sine humore. Venit huc Amalec, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim.* [b] *Causa illum ad hoc impellens, fuit, quia timebat Amalec, qui erat ex semine Esau, iam implendam benedictionem, quam Iacob obtinuit, praeripuerit q; ipsi Esau, praesertim cum in magna potentia venirent Israelitae, vt promissam obtinerent terram. Videns itaq; Moyses Amalec armata occurrere manu, iubet Iosue eligere viros iustos, & fortes, qui armis pugnarent contra hostem, ipse verò precando, iuuare illum non cessaret, donec hostis sterneretur. Aedificat hic altare Moyses, & vocauit nomẽ Domus, exaltatio mea, dicens; quia manus solius Domini, & bellum Dei erat contra Amalec, à generatione in generationem.* [c] *Ad hanc vndecimam mansionem refertur* Booz, [d] *generatio Iesu Christi vndecima, quae incidit in annum ante Christum, 1410.*

a Psal 77.a.

b Exod. 17.c.

2454. mundi.

c. Exod. 17.c.

d Matth. 1. Ruth. 4.

2550. anno mũdi

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem 29. Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index 5. m alter.

SINAI.

SInai, *duodecima mansio, in quam venerunt filij Israel, in principio tertij mensis, ab exitu de Aegypto; profectiq; de Raphidim, castrametati sunt in eodem hoc loco, vbi Israel fixit Tentoria è regione montis.* [e] *Moyses autem ascendit in montem, qui &* Horeb *dicitur, ad Deum, vocauitq; eum Dominus de monte, & ait: Haec dices domui Iacob, & omnibus filijs Israel; vos ipsi audistis, quae fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi:*

e Exod. 19 a.

Loca.		Tempora.
a. Exod. 34. b. Exod. 32. c. D Hieron. ad Fabiolā de 42. mā-sionib. d. Matth. 1. Ruth. 4.	*mihi: Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meū, eritis mihi in peculium, de cūctis populis; mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et digito scribens Deus, decem verba, in duas tabulas lapideas, hæc sunt verba (inquit) quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus: Respondità omnis populus simul, Cuncta quæ locutus es, faciemus: et hæc quidem post reparatas tabulas.* [a] *Nam antea videns populus, quod moram faceret Moyses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron, dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moysi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumq; & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitq; populus, quæ iusserat,* [b] *deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, quem adorauerunt Israelitæ, committentes maximum peccatum, quod tamen ad intercessionem Moysis, Deus misericors, sua benignitate clementer remisit. in hoc loco, media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & Numerorum præcepta, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum, descripta sunt.* [c] *ita vt biennio ferè hæserint priusquam de Horeb transeuntes in tertiamdecimam mansionem peruenissent. Dico ferè, propter quinquaginta dies, quos insumpserunt, ab exitu de AEgypto, vsque ad legem, in hoc monte Moysi à Deo datam: Ad hanc duodecimam mansionem refertur mysticè Obed,* [d] *generatio Iesu Christi duodecima, quæ incidit in annum ante Christum. 1167.*	2154. mundi. 2792. annomūdi.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

SEPVL-

Loca.				Tempora.

30. ## SEPVLCHRA CONCVPISCENTIAE. 71.

Ingressu ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

SEpulchra concupiscentiæ, *tertiadecima mansio sic dicitur, quia carnis concupiscentia infidelis populi pars flagrãs, in hac mansione murmurauit, & Manna cælesti ollas carnium Aegyptiorum præponens dixit,* [a] *quis dabit nobis ad vescendum carnes? recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq́ue, & cepe, & allia, anima nostra arida est, nihil aliud respiciũt oculi nostri, nisi Man. Ventus autẽ egrediens à Domino arreptas trans Mare Coturnices detulit, & demisit in castra itinere, quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq́ue in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus die illo, & nocte, ac die altero, congregauit Coturnicum multitudinem: qui parum, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. vocatusq́ue est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum, qui desiderauerat. Ad hanc decimamtertiam mansionem refertur* Iesse, [b] *generatio Iesu Christi tertiadecima, quæ incidit in annum ante Christum, 1110. 1100.* 2850. mundi.

Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi. [c] *In hac mansione, quæ est quartadecima in ordine, Maria & Aaron murmurauerunt propter Aethiopissam, & in Typum Zeli, aduersus ecclesiam de gentibus congregatam, populus Iudæ lepræ sorde perfunditur, nec redit ad tabernaculum, & pristinam recipit sanitatem, donec statutum plenitudinis* 2860.

[a] Num. 11.

[b] Matth. 1. Luc 3. Ruth. 4.

[c] Num. 11.

Loca. | Tempora.

a. D.Hieron ad Fabiol.

b. Deut. 1.

c. Matth.1. & Regum li. 2.3.4.

tudinis gentium tempus impleatur. [a] *Notandum est hoc loco, quod Haseroth cum sedecim illis, quæ sequuntur mansionibus cumq; tredecima, quæ proximè præcessit, inter montem Horeb & Cadesbarne collocantur, in Eremo, vt inquit Moyses terribili, & maxima solitudine,* [b] *quibus mansionibus mysticè conferuntur à primo vsque ad vltimum fere omnes reges Iudæ, secundum generationes Domini nostri Iesu Christi,* [c] *ordine locorū temporumq; duntaxat obseruato, cum aliâs, quid in huiusmodi generationibus contigerit, notandū nihil ferè occurrat operæpretium. Quare tabulā hanc mansionum ex vna parte, & ex altera generationum illis correspondentium subijcere sufficiat, donec ad trigesimam primam mansionem perueniamus.*

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter.

2. Reg. 5.	14	Haseroth	*Matth.*1.	Dauid	40	2890.
3.Reg. 11.	15	Rethma	*Luc.* 3.	Salomon	40	2930.
3.Reg.14.	16	Remonphares	N*um.* 33.	Roboam	17	2970.
3.Reg. 15.	17	Lebna	P	Abia	3	2987.
3.Reg. 15.	18	Ressa	HANRA	Asa	41	2990.
3.Reg.22.	19	Ceelatha	C	Iosaphat	25	3031.
4. Reg 8.	20	Sepher Mons	A	Ioram	8	3056.
4.Reg 8.	21	Haiada	I	Ochosias	1	3064.
			C		7	
4.Reg.12	22	Maceloth	C	Ioas	40	3072.
4. Reg. 14.	23	Tahath	MARIA	Amasias	29	3112.
4 Reg. 15.	24	Thare	A	Azarias	52	3141.
4.Reg.15.	25	Methca	A	Ioatham	16	3193.
4 Reg.16.	26	Hasmona	F	Achas	16	3209.
4.Reg 18.	27	Moseroth	M	Ezechias	29	3225.
4.Reg.21.	28	Beneiaacam	C	Manasses	55	3254.
4.Reg.22.	29	Gadgad mons	F	Amon	12	3309.
4. Reg. 23.	30	Ietebatha	M	Iosias	31	3321.

31.

HEBRONA.

8.m. mundi.

d. Nume. 13.

HEbrona, *quæ transitio siue transitus interpretatur, trigesima prima mansio est, ad quam venerunt* [d] *filij Israel, ex Ietebatha in*

E *terminum*

Loca. | Tempora.

a Deut. 1. a.

terminum tribus Iudæ, ad meridionalem plagam, a qui quidem terminus Cadesbarne dicitur, vbi filij Israel, secundum quosdam 19. annos steterũt, vndeq; missi sunt exploratores, mandãte Domino qui locutus est ad Moysen, sic dicens; Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, singulos, de singulis tribubus ex principibus; fecitq; Moyses, quod Dominus imperauerat, dicens, b Ascendite per meridianã plagam, cumq; veneritis ad montes, considerate terram, qualis sit, & populum, qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures; ipsa terra bona an mala: vrbes quales, munitæ an absq; muris: humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absq; nemoribus, &c. Cumq; ascendissent, explorauerunt terram, à deserto Sin, vsq; Rohob, intrantibus Emath. Reuersi autem exploratores, pro concione narrantes, impossibile fore, talem acquirere terram; ad extremam populum adegerunt desperationem. Vnde in Moysen & fratrem eius, vociferabantur, in vtrunq; conuitia iactando, proq; concione concurrendo, hoc animo, vt lapidatis Moyse ac fratre, populus Israel in Aegyptum retrò, vnde venerant, reuerterentur. c Ad hanc Mansionem refertur Iechonias, d generatio Iesu Christi trigesima prima, quæ incidit in annum ante Christum, 608.

2475. mundi.

b Num. 13.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus. 23.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter. 9. m.

c Ioseph lib. 3 c. 17. Antiq. Iud.

d Matth. 1. 4. Reg 23. 2. Par. 36.

3352. mundi.

EZION GEBER.

Asion gaber, in deserto Pharan, trigesima secunda Mãsio est, quam linguam vici interpretantur, ab hac, murmurante populo, filij Israel, propter incredulitatem & rebellionẽ, redire iussi sunt per viam maris Rubri, e in desertum; mouentes castra, euntesque contra Orientem, circumierunt montem Seir, per alios nouen-

e Num. 13. d. 21. a. Deut. 2. b. 3. Reg 9. d. 2. Par. 8. d.

Loca.			Tempora.
		nouendecim annos (vt quibusdam placet) priusquam in Arnon pertingentes, capta terra Seon Regis Hesebon, & Og Regis Basan, ad Iordanis tandem Campestria, contra Iericho applicuissent. Ad hanc Mansionem refertur Salathiel, a *generatio Iesu Christi trigesima secũda, quæ incidit in annum ante Christum, 574.*	3;86. mundi.
a. Matth.1.			

ZIN CADES.

33. *Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*

9. m. *Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter.*

CAdes, *trigesima tertia Mansio, in qua mortua est Maria, eodemq́ue in loco sepulta, quemadmodum etiamnum in præsentem diem ostenditur eius sepulchrum. Frater huius Mariæ Moyses, misit hinc nuncios, ad Regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos, quomodo descenderunt patres nostri in AEgyptum, & habitauerimus ibi multo tempore: afflixerintq́, nos AEgyptij & patres nostros, & quomodo clamauerimus ad Dominũ, & exaudierit nos, miseritq́ue Angelum, qui eduxerit nos de AEgypto. Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom:* b *Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi: Dixeruntq́ue filij Israel, per tritam gradiemur viam: et si biberimus aquas tuas, nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est, nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus. At ille respondit, non transibitis: statimq́ue egressus est obuius, cum infinita multitudine*

b. Num.20 a

& ma-

Loca.			Tempora.

& manu forti, nec voluit acquiescecere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos; quam ob rem diuertit ab eo Israel. Ad hanc mansionem trigesimam tertiam, refertur Zorobabel, a *generatio Iesu Christi trigesimatertia, quæ incidit in annum ante Christu, 516.*

a Matth. 1. Luc. 3. — 3444. mundi.

34.

HOR.

9.n.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

HOr *trigesima quarta mansio, ad quã venerunt Israelitæ, postquam castra mouissent de* Cades. *Est autem Hor mõs, qui est in finibus terræ Edom: vbi locutus est Dominus ad Moysen pergat, inquiẽs, b Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram, quam dedi filijs Israel, eò, quod incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumq; nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecitq; Moyses, vt præceperat Dominus, & ascendit in montem Hor, coram omni multitudine. Cumqúe Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarũ filium eius. Illo mortuo in montis supercilio, descẽdit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo, videns occubuisse Aaron, fleuit super eo 30. diebus, per cunctas familias suas. Ad hanc mansionem refertur* Abiud, c *generatio Iesu Christi trigesima quarta, quæ incidit in annum ante Christum,* 458.

b Num. 20.

c Matth. 1. — 3502. mundi.

35.

SALMONA.

7.p.

SAlmona *trigesima quinta mansio, ad quam venerunt filij Israel, profecti de monte Hor, in quem ascendit Aaron sacerdos iubente Domino, d & ibi mortuus est anno 40. egreßionis filiorũ Israel*

d Num. 20.

Loca.		Tempora.
	Israel ex Aegypto, mēse quinto, prima die mensis cum esset annorum 123. In hac mansione filij Israel quidem castrametati sunt: sed quid ibi memoratu dignum gestum sit, non legitur; propterea hic nihil aliud adijciendum, nisi quod hac mansio trigesima quinta conferenda sit cum Eliacim, a *generatione Iesu Christi trigesima quinta, qua incidit in annum ante Christum,* 418.	2494. mundi.
a Matth. 1.		3542. mundi.

Ingressus ex charta 36. *Terra Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*

Egressus ex hac 1. q. *descriptione in chartam terra Promissionis Index alter.*

PHVNON.

PHunon, *trigesima sexta mansio, in quam filij Israel venerunt, egressi* b *de Salmona: per viam, qua ducit ad mare Rubrum, vt circumirēt terram Aedom: Et tedere cepit populum itineris ac laboris, locutusq; est contra Dominum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquae, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit Dominus ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerūt ad Moysen atq; dixerunt: peccauimus, quia locuti sumus contra Deum, & te; Ora, vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & locutus est Deus ad eum,* Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo *qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Hac omnia in figura contigerunt illis, † scripta sunt autē propter nos Christianos, ad quos seculorum fines peruenerunt. Vnde Christus Saluator noster, figuram ad figuratū reducere volens: Sicut Moyses,* c *inquit, exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: & ego, inquit, cum exaltatus fuero, traham omnia post me. In memoriam itaq; reuocantes hanc toti humano generi salutiferam exaltationem,*

Marginal notes: b Nu. 21. 33. — † 1. Cor. 10. — c Ioan. 3.

Loca.	Tempora.

tionem, figuram ad hoc aptißimam, [a] *chartæ terræ promißionis adscribere voluimus, Soli verũ solem includentes. Per hanc trigesimam sextam Mansionem, intelligitur mysticè* Azor, [b] *generatio Iesu Christi trigesima sexta, quæ incidit in annum ante Christum. 364.*

b Matth. 1. — 3596. mundi. a 16.r. in Tabula terræ Promißionis.

OBOTH.

37. — 8.q.

OBoth, *trigesima septima Mansio* [c] *filiorũ Israel: qui postquam longo tempore circuissent montem Seir, in solitudine, quæ ducit ad mare Rubrũ, nec moti fuissent contra fratres suos filios Esau, qui habitabãt in Seir, vtpote possessiõe ijs à Deo data atq; cõcessa;* [d] *profecti de Phunon, castrametati sunt hic in Oboth, accincti itineri, quod ducit in desertum Moab. Hæc Mansio trigesima septima refertur mysticè ad* Zadoc, [e] *generationem Iesu Christi trigesimam septimã, quæ incidit in annum ante Christum, 325.*

c. Num. 21. 33 — d Deut. 2. a. — e Matth. 1. — 3635. anno mũdi

Ingressus ex charta Terræ Promißionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promißionis Index alter.

IE-ABARIM.

38. — 10.q.

IE-abarim, *trigesima octaua Mansio,* [f] *in qua filij Israel, egreßi de Oboth, fixere tentoria in solitudine, quæ respicit Moab, contra Orientalem plagam. Cumq; pugnassent contra Madianitas, atq; vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum Eui, & Recem, & Sur & Hur & Rebe, quinq; principes gentis:* [g] *Balaam quoq; filium Beor, interfecerunt gladio. Hic Balam, famosißimus erat in arte Magica, & in carminibus noxijs, vt inquit Augustinus* [h] *præpotens, non enim habebat potestatem, vel à se verba ad benedicendum, sed habebat ad maledicendum; dæmones namque ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. Refertur hæc trigesima octaua Mansio ad* Eliud, [i] *Christi generatio-*

f Num. 33. — g Num. 31. a. — h Aug serm. 103. de Tẽpore. — i Matth. 1.

Loca. | Tempora.

rationem trigesimam octauam, quæ incidit in annum ante Christum, † *279.*

39. ## DIBONGAD. 10. p. † 3681. mundi.

Dibongad, *trigesima nona Mansio,*[a] *ad quam peruenerunt Israelitæ, cum transissent fratres suos, filios Esau, per viam Campestrem, de Elath tendentes in desertum Moab: vbi Dominus dixit ad Moysen,*[b] *Ne pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: nō enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi Ar in possessionem. Hanc Mansionem mysticè repræsentat* Achim,[c] *Christi generatio trigesima nona, quæ incidit in annum ante Christum, 232.*

a Num. 33.
b Deut. 2. b.
c Matth. 1.

3728 mundi.

40. ## HELMON DEBLATHAIM. 11. n.

Elmon deblathaim, *quadragesima Mansio,*[d] *in qua filij Israel, relicta mansione Dibongad, castrametati sunt, cum Moyse Duce eorum, quem præmonens Dominus, his verbis: Accedens, inquit,*[e] *in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, non mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth, dedi eam in possessionem. Hæc terra Gigantum reputata est; quia in ipsa olim habitauerunt Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim; perinde vt Moabitæ, de quibus antea Gigantes terræ suæ appellabant Emim: & antiqui habitatores Seir priusquam filijs Esau daretur, expulsi vocabantur Horrim. Hæc mansio 40 refertur ad* Eleazar, [f] *generationem Iesu Christi 40. quæ incidit in annum ante Christum, 183.*

d Num. 33.
e Deut. 2. b.
f Matth. 1.

3777. mundi.

41. ## ABARIM MONTES. 12. m.

Abarim, *41. Mansio,*[g] *ad quam venerunt filij Israel, antequā trāsirent ad Cāpestria Moab, supra Iordanē, contra Iericho. Hîc*[h] *dixit* Domi

g Num. 33.
h Nu 27. & Deut. 32 g.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Loca.	Tempora.

Dominus ad Moysen; Ascende in montē istū Abarim, & contemplare inde terrā, quā daturus sum filijs Israel: Cumq; videris eā, ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron; quia offendistis me in deserto Zin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea: Hæ sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Sin. Percusserunt autem filij Israel Amorræos, 2494. mundi
vsq; ad internecionem, Seon regem eorum, & Og
a Deut. 2. f. — *Regem Basan.*[a] *& possederunt terram illorum: Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, et tribus Gad, iuxta cognationum numerum; mediæq; tribus Manasse, acceperunt hāc eandem ter-*
b Num. 34. — *ram,*[b] *quæ postea dicta est Trachonitidis regio, in qua Philippus frater Herodis, erat Tetrarcha, de*
c Luc. 3. — *quo Lucas videatur Euangelista.*[c] *In hac est Ciuitas illa Gerasa, quæ & Gadara & Gergesa: in*
d Matth. 8. — *qua hominem à dæmonum legione Christus liberauit, præcipitans porcos in Lacum; vt habetur*
e Marc. 5. — *apud Matthæum,*[d] *Marcum*[e] *& Lucam.*[f] *Ad*
f Luc. 8. — *hanc mansionem quadragesimam primam, refertur Mathan,*[g] *generatio Iesu Christi quadrage-* 2827. mundi.
g Matth. 1. — *sima prima, quæ incidit in annum ante Christum, 133.*

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 42. Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index 12. 1 alter.

CAMPESTRIA
MOAB.

Campestria Moab, *42. Mansionem constituunt.* 2494. mundi.
h Num. 33. — [h] *Vbi Moyses locutus est cum vniuerso Israel; arguens eos peccasse in deserto, dicentes, vtinam mortui essemus,*
i Exod. 16 a. — [i] *& quod ad iracundiam prouocassent in planicie Domini, quando iniciati sunt Beelphegor. Item è regione maris Rubri, quando dixerunt, nunquid sepulchra.*[k]
k Exod. 14. a. — *Præterea in Pharan, quando scilicet murmurassent contra Manna, & in Azeroth, schismate per*

Chore

Loca.				Tempora.
a Num.16. b Exod.12. c Num. 11. d Pag. 9. & 24. e Deut. 34. f Num.34.d g Matth.1. h Num. 33. i à pag. 24. hucusq; descriptæ. k D. Hieron. de 42. mãs. ad Fabiol. l Quęstione super libr. Num.	*Ingressus ex charta terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.*	*Chore* [a] *excitato, cum quo multi perierunt. Item. Vbi deliquissent tam propter vitulum aureum,* [b] *quam etiam propter carnes, &c.* [c] *Postea ascendit Moyses, de campestribus super montem Nebo; in verticem Phascha, contra Iericho, ostenditq; ei Dominus omnem terram Galaad, vsq; Dan; & vniuersum Nephtalim: terramq; Ephraim & Manasse: & omnem terram, vsque ad Mare nouissimum. (quod antea Oceanum Mediterraneũ appellauimus)* [d] *& Australem partem, & latitudinem campi Iericho, Ciuitates palmarum vsq; Segor:* [e] *& substituit ei Iosue filium Nun, qui post Moysen, nouem tribubus & media tribui Manasse, cum sibi à Deo adiunctis terram ex altera parte Iordanis melle fluentem, distribuit:* [f] *quemadmodum antea fecerat Moyses duabus tribubus & media, in terra regum Sehon & Og, qua propter fertilitatem & abundantiam pecoribus conuenientem, terra fluens lacte merito dici potuit. Hac vltima Mansio filiorum Israel, (qui & Iacob vocabatur) non immerito refertur ad* Iacob, [g] *generationem Iesu Christi secundum carnem 42. qua incidit in annum ante Christum natum. 89.* *Atq; hactenus tandem totius processus ab AEgypto, vsq; ad Iordanem, terminum scilicet terræ Promissæ, perbreuem habemus quandam quasi summã* [h] *locorum, in quibus filij Israel suas habuerunt mansiones, & quid in ijs notatu dignum contigerit. Nunc, post quadraginta duas mansiones illas,* [i] *(de quarum significatione spirituali eleganter D. Hieronymus* [k] *& Beda* [l] *scripserunt) ad Topographicam atque Historicam duodecim tribuum, earundemq; Ciuitatum atque locorum descriptionem nos ordine conferamus.* F RV-	*Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.*	3872. mundi.

Loca. | 43. | 13.h. | Tempora.

♀

46500 RVBEN. 43730

♉

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

a Gen.29. — RVben *primogenitus filius Israel*, a *filij Isaac, filij Abrahami; susceptus ex Lia, filia Laban, filij Bathuelis, filij Nachor, fratris Abraham,* — 2199. mundi.
hāc quam vides in terra nostra promissionis, portionem obtinuit b *In cuius tribu, semen Abrahae,* c
b Num. 32 — c Gen.15. r. — *sic multiplicatum esse legimus,* d *vt intra 40. annorum spacium, in familia Ruben numerarentur* — 2454. mundi.
d Num 2.26. — *nonaginta millia virorum, ducenti & triginta, absq; paruulis, mulieribus, ac Leuitici generis Sacerdotibus Benedictiones huic tribui factae sunt.*
e Genes. 49 — *Primum à patre Israel, in Aegypto his verbis;* e Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. — 2256. mundi.
Posteà verò à Moyse, in Campestribus Moab, ad Iordanem fluuium, ita dicente: f Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.
f Deut.33. — 2494. mundi.
Quibus benedictionum verbis, ritè vtrinque consideratis, signisq; caelestibus ac Planetis, quibus subsunt, ad intentionem C. Ptolomaei g *applicatis, benedicendae videntur omnium gentium regiones, ac prouinciae, quae sequūtur, scilicet,* Asia parua, Bithynia, Cyclades, Cyprus, Galatia, Lycia, Maritima *paruae Asiae,* Media, Parthia, Persides, & Pontus. *De quibus & similibus alijs, ad vniuersalem orbis totius chartam tractabitur, vbi Quae gentes, Quando, & à Quibus, inde ab Apostolorum temporibus, hucusque, ad Christum verum Abrahae semen, vndiq; conuersae fuerint, ad oculum, Deo auxiliante, demonstrabimus.*
g Ptol Quadra. partit. — 34. Christi. — 1582.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.

AR

Loca.				Tempora.
a Deut. 2 b.	44.	Ingressus ex charta Terræ promissionis in hanc descriptionem Index vnus.	15 m.	Egressus ex hac descriptione in chartam terræ Promissionis Index alter.

AR.

AR principalis *vrbs Moabitarum, ad Arnon sita,*[a] *quæ prius Ath, & Rabat Moab id est, grandis Moab, ab vno filiorum Loth, qui vocabatur Moab, fuit appellata, nunc autem Areopolis dicitur. Ostendunt regiones huius accolæ locum, vallis in prærupta dimersa, satis horribilem & periculosum, qui à plerisq;. vsque nunc Arnonas vocatur: in quo & militum ex omni parte præsidia distributa, plenum sanguinis & formidinis testantur ingressum. Hæc vrbs motu magno corruit, quando totius orbis littus transgressa sunt maria.* [b]

b D. Hieron. in Esa c. 15. Tom. 5.

45. — 14 l.

ARNON.

ARnon *fluuius est Moabitarum, qui per abrupta descendit de montibus Arabiæ,*[c] *ac per totam solitudinem, labens in Mare mortuum: erumpit, seiungens Moabitiden & Ammonitida. super ripam huius fluuij siue torrentis, situ est Aroër, oppidum Moabitarum, possessum olim à gente veterrima omnium, & postea retentum à filijs Loth id est, Moabitis, cum priores accolas subuertissent. Et ostenditur vsque hodie, in vertice montis illius. extructa est à filijs Gad.* [d] *Est contra Rabath,*[e] *cessit tribui Gad,* [g] *& fit eius mentio in libris Regum,* [f] *& alibi.*[h] *Meminit & alterius cuiusdam ciuitatis Aroer in agro Damasceno Isaias.* [i]

c Ioseph. lib. 4. c. 4. Antiq. Iud.
d Deut 2. Ier. 46.
e Iosu. 13.
f Iud. 11.
g 1. Reg. 30. 2. Reg. 24. 4. Reg. 10.
h Nu. 21. 32. 33
i Esai. 17. a.

46. — 11. k.

ENGADDI.

ENgaddi *vrbs vsque hodie prægrandis, iuxta Mare mortuum, contra occidentem, in monte sita:*

Loca. | Tempora.

te sita; vnde & oppobalsamum venit, quas vineas Engaddi Salomon nuncupat. [a] *Has Cleopatra regina AEgypti, transtulit in ciuitatē, quæ Memphis dicitur. Nascebatur in vineis Engaddi, optimum balsamum.* [b] *In desertum Engaddi fugit Dauid, quem persequebatur Saul Rex Israel, erat ibi spelunca, quā ingressus est Saul, vt purgaret vētrem. Porrò Dauid, & viri eius, in interiori parte speluncæ latebant, & dixerunt serui Dauid ad eum; Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul, silenter, nec voluit mittere manum suam in Christum Domini.* [c]

a Cant. 1. Ezech. 47.
b D. Hieron in Ezech. c. 27. Tom. 5.
c 1. Reg. 24.

2890. mundi.

PHASGA.

Phasga, *mons est Moabitarum,* [d] *ad Orientalem plagam, contra Phogor; in quo mortuus est Moyses, postquam benedixisset duodecim tribubus, & non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in præsentem diem: erat centum & viginti annorum, quando mortuus est, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt; fleuerunt* [e] *eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus.*

d Num. 21. e Iosu. 13. c.
e Deut. 34. c.

2494. mundi.

IABOC.

Iaboch *fluuius siue torrens,* [f] *quo transmisso, luctatus est Iacob aduersus eum, qui sibi apparuerat; vocatusq; est Israel. Torrens hic commiscetur Iordani fluuio. Nota quod à fine maris Tyberiadis, vsq; ad torrentem Ieboch, erat hæreditaria terra Seon Regis Amorrhæorum; sed à torrente Iaboc cepit partem à filijs Moab, vsq; ad torrentem Arnon, & vna pars totius regni Seon, data*

f Deut. 2. g. Iosu. 12. a.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 4. 48. *Index vnus.*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter. 14. k. 13. h.

Loca.				Tempora.

data fuit filijs Gad, altera filijs Ruben. & ita habitauerunt secundum medietatem montis Galaad.

49 45650 **GAD.** 40500 14.g.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis index alter.

a. Gen 30. — GAd, *septimus filius Israel, ex Zelpha, ancilla Liæ vxoris eius prognatus,* [a] *eam, quam vides in terra nostra promissionis, portionem accepit. In cuius tribu, Semen Abrahæ ita auctum est, vt in familia ipsius Gad, octuaginta sex millia numerarentur virorum, præterea centū & quinquaginta, absque Leuitici generis hominibus, paruulis ac mulieribus.* [b] *Pater Israel, siue, quod in idem recidit, Iacob, huic tribui sic benedixit:* Gad accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum. [c] *Moyses autem post Iacob patrem Gad, eidem tribui sic benedicens, inquit,* Benedictus in latitudine Gad: quasi Leo requieuit, cepitque brachium & verticem. & vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus: Qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel. [d] *His benedictionibus ad gentes accommodatis, quæ cælestibus & signis & Planetis subsunt suis, authore Ptolomæo, ex omnium gentium regionibus, quarum multæ sunt in* Asia minore, *benedicendæ sunt, videlicet;* Ariana, Gordiana, Illyria, India, Macedonia, & Thracia. [e] *De his autem & similibus, ad chartam orbis terrarum generale, latius tractabitur: vt quæ prouinciæ, quo tempore, & per quos Christi Apostolos, post eius in cælum ascensionē, ad fidem Catholicam conuersæ fuerint, planius intelligatur.*

Marginal notes (Loca): b. Num. 26. — c. Gen 49. — d Deut. 33. — e Ptol. quadri. partit.

Marginal notes (Tempora): 2256. mundi. — 2494. mundi. — 1582. Christi.

F 3 HE-

Loca. | 50. | Tempora. | 13.k.

HESEBON.

Esebon, *in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Seon Rex Amorrhaeorum,* [a] *quae vocatur nunc Esbus: vrbs insignis Arabiae, in montibus qui sunt contra Hiericho, tredecim à Iordane milibus distans: fuit autem separata Leuitis: Hanc aedificarunt filij Ruben.* [b]

a Num. 21. D.Hieron. in Esa.c.15. Tom.5.
b Num.32.g. 1.Par. 6. g.

51. | 13.g

DEBIR.

Dabir *siue Dabira, cuius meminit liber Iosue,* [c] *fuit ciuitas de tribu Gad, quae & Cariathsether dicitur,* [d] *& Cariathsema,* [e] *in quam confugerunt, qui homicidium perpetrarunt.* [f] *Hanc cepit Iosue, Dux Israel, regemque eius, atque omnia per circuitum oppida, in ore gladij percussit. Est & aliud Debir in tribu Iuda, item & in tribu Simeonis, de quibus suo loco.* [g]

c Iosue 13. c.
d Ios.15. c.
e Ios. 15 f.
f 1.Par.6.e.
g Ios.11.d. & 21 b.

52. | 15.f

GILEAD.

Galaad, *aliàs regio ad Orientem, vltra Iordanem,* [h] *vbi & dimidia tribus Manasse accepit possessionem, cū tribubus Ruben & Gad.* [i] *Hoc autem loco mons est ad tergum Phaenices & Arabiae, collibus Libani copulatus, imò caput Libani, secundum Ieremiam dicentem: Galaad tu mihi initium Libani.* [k] *Hic mons est ille, ad quē septimo die profectionis, è Charris profugus venit Iacob: quem Laban auunculus fugientem consecutus est. Mons iste nomen accepit Galaad,* [l] *id est, cumulus testis, siue aceruus testimonij, eò, quod ibi Iacob Labanque iurauerunt, in aceruum lapidibus congregatis. Est autem caput siue principium Libani montis excelsi, qui vniuersus Cedru consitus est, iuxta illud Dauidicum:* [m] *Et commouebit Domi-*

h Gen.31.
i Num.32. Deut. 3. Ios. 13.
k Ier.22.b.
l Gen.31.
m Psal.28.a. D. Hier. in sermo. 22. Tom. 5.

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.

Loca.			Tempora.

Dominus Cedros Libani. & alibi: Vidi impium supcrexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Extenditur per desertum, vsq; ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim Seon Rex Amorreorum, ab hoc monte, & ciuitas in eo condita, sortita est vocabulum. quam & cepit ab Amorreorum manu Galaad, filius Machir filij Manassæ.

53. *Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem* — 13. f. *Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis*

LACVS SIVE MARE GENESARETH.

a. Luc. 5.
b. D. Hieron in Ezech. 28. Tom. 5. Ioan. 1.
c Matth. 11. & hic Hieron To. 9.
d Gen. 1. & D. Hieron. in Gen. To 5.
e Egesip. lib. 3. ca. 26. de Excid. Ierich.

Mare siue stagnum Galilææ, iuxta quod Christus Apostolos vocauit,[a] *alias Cinnereth, & mare Tyberiadis appellatum, prope quod est Betsaida, Ciuitas Andreæ, Petri, & Philippi Apostolorum: in lingua nostra interpretatur domus venatorum,* [b] *aliàs quoq; Iulias dicta est. Hanc Dominus reprobat propter incredulitatē, & virtutes in ea factas, dicēs: Va tibi Betsaida.*[c] *Dicitur autem hic Lacus, Mare, quia omnis aquarum congregatio, siue salsæ sint, siue dulces, iuxta Idioma Hebraicæ linguæ, Maria nuncupātur,*[d] *vocantur & aqua, iuxta illud Maccabeorum: Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquas Genesar. Lacus huius elegantissimum habes descriptionem apud Egesippum.*[e]

54. *Index vnus.* — 13 g *Index alter.*

GENEZARETH.

Ginosar, Genesar, *siue quod idem in Græco Genesareth, Hebraice interpretatur hortus, aut protectio principis vel administrantis Ciuitas est, iuxta quam Christus Dei filius vocauit Apostolos.*[f] *Hic, cū transfretasset Iesus Mare Galilææ, venerunt in terram Genesar, & cum cognouissent illum, viri loci illius miserunt in vniuersam*

2991. mundi.

f Luc. 5.

Loca. | Tempora.

sam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quicunque tetigerunt, salui facti sunt. a

a Matt.14.d. Marc. 6. g.

55. ## COROZAIM. 15.c.

COrozain, *oppidum Galilaea, quod Christus propter incredulitatem miserabiliter deplorat,* b *& plangit: quia post factas virtutes, & signa quamplurima, habitatores Corozaim non egerunt pœnitentiam. Est autem nunc desertum, vt in ecloga inquit Hieronymus,* c *in secundo lapide à Caphernao situm.*

b Matth.11.c Luc.10. c D.Hieron. in Matth. 11.c.

Ingressus ex charta Terra Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terra Promissionis Index alter.

☾

56. ## 32200 MANASSES. 52700 16.c.

♎

MAnasses, *primogenitus Ioseph filij Israel, quem genuit ei Aseneth filia Putiphatis Sacerdotis Heliopoleos in terra Aegypti,* d *antequam veniret fames,* e *& antequam Iacob pater veniret ad illum descendens cum tota familia in Aegyptum,* f *hanc in terra Promissionis possessionem obtinuit. In cuius tribu, in tantum augebatur semen Abraha, vt in familia huius Manasse, numerarentur* g *octuaginta quatuor millia virorum, & nongenti; absque paruulis ac mulieribus. Israel pater Iosephi, huic Manasse benedicens ita dixit.* h Filius accrescēs Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum, sed exasperarunt eum, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius, per manus potentis Iacob: inde pastor

d Gen. 46.c. e Gen.41.f. f Gen.48.a. g Num.1.26. h Gen. 49.

2230. mundi.

2256. mundi.

Loca. | Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem index vnus. | Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis index alter. | Tempora.

stor egressus est, lapis Israel. Deus Patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cęli desuper, benedictionibus iacentis deorsum, bene dictionibus huberum & vuluæ, benedictiones Patris tui confortatę sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium æternorum: Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. *Verum de benedictionibus Manassæ plura, vbi ad dimidiam alteram huius tribus Manassæ partem, sitam videlicet ad mare Mediterraneum, peruenerimus.* [a] *Moysis etiam benedictiones in medium adferentes, quæ quidem benedictiones, gentibus applicatæ, conueniunt* Africæ, Bithynię. Charchedoniæ toti, Carthagini, Colchicæ. Numidiæ, atque Phrygiæ *De quibus tamen & similibus ad chartam orbis vniuersi tractabitur, vt dictum est* [b] *in descriptione Ruben & Gad hactenus.*

a Vide sub numero ingressus ex terra promissionis 74.

b Sub numero ingres. sus 43. & 49

57. | 16. c.

SEPVLCHRVM IOB.

SEpulchrum Iob, *in terra Hus, vbi habitauit, cum viueret, cuius amicus Baldach, inde non procul morabatur.* [c] *Abraham regem Hamitarum, hinc vsq; Hoba, & Phenicen persecutus, quæ est ad lauam Damasci,* [d] *occidit, aliosq; tres Reges: & liberauit sic fratrem suum Loth, rediens cum omni substantia illi ablata, in regionem suam. Dauid etiam, Adarezer regem Soba, regionis Hemath, quando perrexit, vt dilataret imperium vsque ad flumen Eufratem, percussit: non obstante, quod superuenisset Syrus Damascenus, vt auxilium ei præberet,* [e] *nam & huius reges percussit Dauid viginti duo millia virorum. Et posuit militem in Damasco, vt Syria quoque*

c Iob 2.

d Gen. 14.

e 1 Par. 18.

Loca. | Tempora.

seruiret sibi, & offerret munera, in Hierusalem, quæ inde distat iter sex dierum.

8. ## HERMON. 16.f.

Hermon, *mons est, quem quondam tenuere A Enæi & Amorræi, de quo nunc æstiuæ niues, ob delicias Tyrū deferuntur. Sidonij vocāt hunc montem Hermon Sarion, & Amorræus Sanir.* [a] *diciturq́; in vertice eius insigne templum, quod ab Ethnicis cultui habetur, è regione Poneadis & Libani. Et notandum, quod terra filiorū Israel trans Iordanem, ad Solis ortum, à prærupto Arnon vsque ad hunc montem Hermon extenditur.*

Atq; hanc quidem terram, fluentem scilicet lacte, pro possessione diuidit [b] *Moyses, tribui Ruben, Gad & Manassæ dimidiæ tribui, in Campestribus Moab, trans Iordanem contra Iericho, ad Orientalem plagam: reliquis aūt nouem, & dimidiæ tribubus, Iosue diuidit* [c] *terram, fluētem melle, inter Iordanem & mare Magnum siue Mediterraneum: de quibus cōsequenter dicendum est. Tribui namq; Leui data non est possessio, quoniā Deus Israel erat possessio eius, sicut locutus est illi Dominus.* [d]

Margin (left): a Deut.3.c. — b Ios.13.d. — c Num.34.e — d. Num.18.c. — e Gen.29. — f Ios.15.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem. | *Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index*

59. ## 7460 IVDA. II 76500 8.k.

Index vnus. | *alter.*

Vdas, *quartus filius Israel, filij Isaac, filij Abrahami; natus ex Lia,* [e] *maiore natu filia Laban, filij Nachor, fratris Abraham: hanc terræ Promissionis portionem, citra Iordanem, primus* [f] *omnium consecutus est, ex diuisiore videlicet facta, non per Moysen (qui in terram fluentem melle* 2253. mundi. 2494.

Loca. | Tempora.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

melle non est ingressus) verum terram, lacte duntaxat fluentem, vltra Iordanem, duabus tribubus Ruben & Gad cum dimidia Manassæ distribuit: Sed ex diuisione Iosue, qui filios Israel introduxit in terram, hanc possessionem Iuda obtinuit. Auctum est, per hanc tribū Iuda, Semen Abrahæ valde admodum, vt in eadem numerarentur 151. millia virorum & centum; absque paruulis ac mulieribus. a. Num. 1. 26. [a] *Pater Israel huic tribui, ex qua secundum carnem nasci debebat Saluator noster Iesus Christus (sicut & ex eadem natus est) ita benedixit.* b. Gen. 49. 2256. mundi. [b] Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorū. adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda: ad prędam fili ascendisti: requiescens accubuisti vt Leo, & quasi Leæna, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium: ligans ad vineā pullū suū, & ad vitē ô fili mi asinā suā, lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vuę pallium suum, pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. c. Deut. 33. *Moyses autem, post Israel annis 238. his verbis, tribui quoque Iudæ benedicens, precatur.* [c] Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. 2494. mundi. *Quas benedictiones, ad gentes in semine Abrahæ benedicendas applicantes, intelligimus* AEgyptum inferiorem, Armeniā maiorem, Cyrenaicam, Hyrcaniam, Libyam, Mantianā, Marmaricam. *Quarū & similiū omniū in orbis terrarū generali carta amplior à nobis fiet declaratio. Nunc ad ciuitatū sub hac tribu contentarū descriptionē progrediamur.*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Loca. | 60. | 9.c. | Tempora.

HEBRON.

a Gen 35. HEbron, *vrbs à Chebron, vno filiorum Caleb sortita est vocabulum; quæ prius dicebatur Mambra, ciuitas Cariath-arbeæ,* a *id est, ciuitas quatuor, eò quod ibi quatuor Patriarchæ* Abraham, Isaac, & Iacob, *sepulti sunt, & A*dam *magnus omnium gentium parens. Licet eum quidam conditum in loco caluariæ suspicentur. Hæc est autem eadem Chebron olim Metropolis Philistinorum, & habitaculum Gigantum, regumq́ue postea Dauid de tribu Iuda, Ciuitas sacerdotalis & fugitiuorum. Illic est quercus Abrahæ, quæ & Mambra, vsq́ue ad Constantij regis imperium monstrabatur: & mausæolum eius, etiam in præsentiarum cernitur. Cumq́ue à Christianis iam ibidem Ecclesia ædificata sit, à cunctis in circuitu gentibus Terebinthus superstitiosè colitur: eò, quod sub ea Angelos hospitio Abraam quondam susceperat. In Hebron diu mansit Dauid,* b *quem viri Iuda ibi post mortem Saul regis Israel, vnxerunt in regem Iuda, ibiq́ue sepultus est. Nō procul ab hac vrbe altera est ciuitas Hebron, quæ ad differentiam veteris, dicitur Hebron noua, olim Episcopali sede insignita erat, cum à Christianis poßidebatur, condita est septem annis antequam Thanis, vrbs nobilis Aegypti conderetur.* c

2124. mundi. | 340. Christi. | b 2.Reg.3.c. | 2890. mundi. | c Pag 24.

BETHLEHEM.

BEthlehem, *quæ & Effrata, ciuitas Dauid, in qua Dominus noster, Iesus Christus, atque Saluator in fœmore cuius scriptum est, Rex regū, & Dominus dominantium, nasci voluit in præsepio, ex intacta semperq́ue benedicta virgine Maria.* d *Illud præsepe, vt ait D. Hieronymus, in quo Dominus noster infantulus vagijt, silentio magis, quam*

2960. mundi. neq; ante neq; post | d Matth. 2.c.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index 61 *Vnus.*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter. 10.k

Loca.				Tempora.
a D Hieron ad Marcellum vt cō. migret Bethleem.	Ingressus ex charta terræ 62.	*quam infimo sermone honorandum est.* a *In hac ciuitate ostenditur sepulchrum Iesse, & Dauid quondam Regis Israel. iuxta hanc, etiam tumulus Archelai* † *Iudæ. quondam Regis demonstratur. qui semita ad cellulam Diui Hieronymi ibidem habitantis, atque è via publica diuertentis principium est. In Bethleem sepultus est Abessan, Dux Israel, qui 30. filios, & totidem filias habuit, iudicauitque populum Israel 7. annis.* b *Hac vrbs cum à Christianis colebatur, insignita erat Episcopali sede; altera est vrbs eiusdem nominis in Galilæa, teste Hieronymo.* c	Egressus ex hac descriptione in 7. k	† 3534. mundi,
b Iud. 12. c.				380. anno Christi.
c D Hieron. in Matth. c. 2. To. 9.				2772. mundi.

GERARIS.

d Gen. 20. a. e Gen. 10. c. 20. 26. f 1. Par. 24. d	Promissionis in hanc descriptionem 63.	GEraris, *siue Gerare* d *ciuitas terræ Palæstinæ, in qua natus est Isaac,* e *ab hac Geraritica regio nomenclaturam sumpsit;* f *quæ olim terminus Chananeorum fuit ad Australem plagam. Scriptura sacra memorat, fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est inter duas solitudines, quorum vna Aegypto iungitur, ad quam populus trās fretum Rubri maris aduenit; altera verò Cades, vsque ad Saracenorum eremum extenditur.*	chartam Terræ Promissionis Index 6 k	2048. 2454.

GAZA.

g Iud. 1 cap.	Index vnus.	GA Za *ciuitas A Eueorum, in qua habitauerunt Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres autem erat terminus Chananeorum iuxta A Egyptum, ceciditque in possessionem tribus Iudæ, sed eum tenere non potuit: quia Enachim, id est, Gigantes fortissimi Allophylorū restiterunt. Et est vsque hodie ciuitas insignis Palæstinæ. Hanc cepit Iudas,* g *post Iosue ducem Israel cum finibus suis. Sampson in hac vrbe captiuus à Philisteis tenebatur, qui adductus de carcere*	alter.	2494. mundi.

Loca.	Tempora.
a Iud. 16. b D. Hieron. in Esa. c. 39. Tom. 5. & in Ezec. 40. Tom. 5. c Amos c. 1. d D. Hieron. in Amos 1. Tom. 6. e D. Hier in Esa. c. 47. Tom. 5.	2810. mundi.
f Genes. 48. g. Num. 2. 26.	2256. mundi.
	2494. mundi.

cere inuocato nomine Domini, apprehendit ambas fores portæ huius vrbis Gazæ cum postibus suis, & seris, impositisq; humeris suis portauit ad verticem montis, qui respicit Hebron. a *Gaza Latinè fortitudo, vel imperium dicitur.* b *Quæ & qualia sint peccata Gezæ, declarat Amos Propheta, dicens.* c *Super tribus sceleribus Gazæ & super quatuor, non conuertam eos.* d *Gazarens secundum D. Hieronymum,* e *Aruspices dicuntur.*

Ingressus ex 64. charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus. 65.

Egressus ex hac 9 g. descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter. 12. h.

40500 EPHRAIM. 32500

EPhraim, *secundo genitus filius Ioseph, quē ei peperit in Aegypto Aseneth vxor, de qua supra. Hanc possessionis partem obtinuit, vna cum benedictionibus* f *aui illius Israel in persona Iosephi patris sequentibus.* Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse, hic minor erit illo, *scilicet,* Ephraim maior erit Manasse, & semen illius crescet in gentes: *quod factum est cum in tribu Ephraim numerarentur septuaginta tria* g *millia virorum, absq; paruulis & mulieribus. In hoc autem semine Abrahæ benedicta intelligitur* Armenia maior, Cilicia, Caramantia, Lyda, Nasamonia, Pamphlagonia, Pamphylia. *De quibus suo loco dicetur latius.*

GALGALA.

GAlgala, *quæ & Galgal, & Golgol locus est iuxta Ierícho, vbi filij Israel castrametati sunt post transitum Iordanis. Illicq; posuerunt duodecim lapides, quos acceperāt in alueo Iordanis,*

Loca.				Tempora.
a Iof. 2. 5.	Ingressus ex charta Terra Promissionis 66. in hanc descriptionem Index vnus.	*nis in testimonium tra. situs. Ibi Iosue Dux Israel secundo populum circumcidit, & Pascha celebrauit, & deficiente Manna, triticeis panibus vsus est Israel.* a *Illicq; Tabernaculum testimonij fixum multo tempore fuit. Ostenditur vsq; hodie locus desertus in secundo Hierichus miliario ab hominibus regionis illius miro cultu habitus. Samuel Propheta Domini congregauit in Galgalis vniuersum Israel coram Domino, & latatus est ibi Saul, & cuncti filij Israel nimis.* b *Antequam Saul esset Rex Israel, non erat vir de filijs Israel melior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.* c *Agag Rex Amalech, pinguissimus in frusta concisus fuit in Galgalis coram Domino à Samuele Propheta, & dixit Agab, siccine separat amara mors? & ait Samuel. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres, mater tua.* d	Egressus ex hac descriptione in 11.h. chartam terra Promissionis Index alter.	2850. mundi.
b 1. Reg.11.a. D Hieron. in Ose c.9. Tom. 6. c 1.Reg. c. 9. d 1.Reg.15.				

IERICHO.

e Iof. 6. f 2. Par.28.		Hiericho vrbs est, *quam Iordane transmisso ceperunt filij Israel, et interfecerunt omnia, qua erant in ea, à viro vsq; ad mulierem, & ab infante vsque ad senem, boues quoq; & oues & asinos, in ore gladij percusserunt, vrbem autem & omnia, qua inuenta sunt in ea, succenderunt, absque auro & argento & vasis aneis, ac ferro qua in ararium domini consecrarunt. Raab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia qua habebat, fecit Iosue viuere, eo, quod absconderit, quos miserat, vt exploraret Hiericho.* e *In hac vrbe, qua olim vrbs palmarum dicebatur,* f *habitauit Helisæus Propheta, & quia illius aqua pessima erant, & terra sterilis, accepit vas nouū, & misit in illud sal, & ait. Hac dicit Dominus, sanam has aquas, & non erit vltra in eis mors, neq; sterilitas.*		2494. 3028. mundi.

Loca.				Tempora.
a 4 Reg. 2.	Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index unus.	*sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Elisæi.* a *Cum Chaldæi obsidebant ciuitatem Hierusalem, Sedechias Rex, anno 11. regni sui fugit per viã quæ ducit ad Campestria solitudinis, quem persecutus est Chaldeorum exercitus, comprehenditq; eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. apprehendentes ergo regem, duxerunt eum ad regem Babylonis in Reblata. Filios Sedechiæ Regis, coram eo occidit, & oculos eius effodit, vinxitque eum cathenis, & adduxit eum in Babylonem.* b *Dominus noster Iesus Christus, egrediens ab vrbe Hiericho, illuminauit duos cæcos, sedentes secus viam.* c	Egressus ex hac descriptione in 11. g chartam Terræ Promissionis Index alter.	
b 4. Reg 25. c Matth. 20.				3374. mundi.
	67	**SICHEM.**	11. g	
Vide infra sub num. 86.		Sichem *siue Salem, quæ Latinè & Græcè Sichima, vocata est ciuitas Iacob, quam depopulati sunt Simeon & Leui filij Iacob. Sichen quoq; & Emor principem terræ huius, necauerũt ob stuprum Dinæ sororis, paruulos quoque eorum & vxores, duxerunt captiuos,* d *Hæc vrbs nunc deserta est. Ostenditur autem locus iuxta sepulchrum Ioseph. Hanc vrbem subuertit* e *Abimelech filius Gedeonis ex concubina, ita vt sal in ea dispergeret. Postea verò instaurata est à Ierobo am Rege Israel, vt Sacra narrat historia.* f *Nũc vocatur Neapolis, olim Ephron & Mamortha, (vt ait Plinius) & Marbotha, secundum Iosephum dicta est: Nunc verò dicitur Pelosa siue Naxoulousa.*		2711.
d Gen. 34. c.				
e Iud. 9.				2970.
f 3. Reg 12. D. Hieron in Ose. c. 6. Tom. 6.				
	68.	**ACCARON.**	8. h.	
		Accaron, *vrbs inter Azotũ & Iamniam, quam cum terminis suis Iudas ille dux Israel*		2511. mundi.

Loca. | Tempora.

rael Iosue successor occupauit. a *Dauid in Accaron, occidit ducentos viros ex Philistais, quorum praeputia attulit, & ea Regi Saul annumerauit, vt esset gener eius. Dedit itaque Saul & Michol filiam suam vxorem.* b — 2890.

a. Iud. 1.
b. 1. Reg. 18.

69. ## GETH. 7. g.

GEth, *siue Gath, Getha & Githa, postea dicta est Agrippa, nunc autem dicitur Hilel lis,* c *dicitur etiam Dio Caesaria.* d *In hac ciuitate Gigantes, qui vocabantur Enachim, et Philistinorum accolae permanserunt. Ex hac vrbe erat Goliath, Gigas altitudinis sex cubitorum & palmi, quem occidit Dauid.* e *Azahel Rex Syriae hanc vrbem expugnauit, & eam cepit, timens autem Ioas Rex Iuda, ne Azahel vltra procederet, dedit illi omnem pecuniam, quam inuenit in Thesauris templi Domini, & sic recessit.* f — 3072.

c D. Hieron. in Mich. 1. Tom. 6.
d idem in Prophet. Ionae Tom. 6
e 1. Reg. 17.
f 4. Reg. 12.

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.

70. ## IOPPE. 8. g.

IOppe, *oppidum Palaestinae maritimum, quod Iaphet filius Noe condidisse dicitur, nunc vocatur Iapha, & est portus Terrae sanctae, in eo vsque hodie saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda religata Persei quondam viri sui fertur liberata fuisse praesidio.* g *In Ioppen venit Ionas Propheta, cum fugeret à facie Domini.* h *Ioppe portus est Iudaeae, ad quem Hyram Rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat, quae Hierusalem terreno itinere perueherentur.* i *In Ioppe quaedam fuit mulier Thabita nomine, quae interpretata dicitur Dorcas, quam beatissimus Petrus, Apostolorum princeps, à mortuis suscitauit, ibique moratus est apud Simonem quendam Coriarium.* k *Hanc vrbem Ioppen, muris & turribus cinxit Sanctus Ludouicus Francorum rex.*

1659.
3127. mundi.
34. Christi.
1250. anno Domini

g D. Hier. ad Eustach. virginem.
h Ion 1.
i D. Hieron in Ion 1. & Tom 6.
k Act. cap. 9.

H SA

Loca. | Tempora.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

71. SAMARIA 11 g.

SEbasten *siue Samaria, vbi Ioannes Baptista fuit sepultus.* a *Semeron Samaria, custodia vel Adamas, aut vepres vel spina, seu fex aris, nomen montis quoq;,* b *sed vrbs Syriæ hæc inter Iudæam & Galilæam media, authore Iosepho. Ab Amri Israelitici populi rege condita, atq; in montis antedicti vertice extructa: necnon & à Semer vendentis nomine, Samaria appellata est,* c *qua deinde reges Israelitarum, pro regia vsi sunt. Alias vt Eusebius testatur, Ecclesias est dicta, mox post Hircani, Iudæorum Pontificis expugnationē, ab Herode Rege iterum ædificata, atq; in honorem Augusti, Græco vocabulo* σεβάστη *nominata est, alias etiam Neapolis dicta. De fame, quæ in hac ciuitate fuit, vide librum Regum,* d *& Esaiā, qui hanc Metropolim Ephrem esse dixit.* e

a Mar. 6.
b Ioseph lib 3. cap. 2.
c 3 Reg. 16. Ios. 11.
d. 4. Reg. 6. c.
e Esa. c. 7.

3921.
3902.
39.9.

2. BETSAN 12. f

BEtsan, *oppidum in tribu Manasse, ex hoc, tribus manasse accolas pristinos non potuit expellere, nunc appellatur Scythopolis, prius Nisa dicebatur, Plinio teste. Vrbs est nobilis Palæstinæ, quam interdum Scriptura cognominat* Domin-San, *quod in nostra lingua interpretatur inimicus. Hic incipit vallis illustris, quæ extenditur vsq; ad mare Mortuum. In huius vrbis muro suspensa fuerunt cadauera Saul Regis Israel, & trium filiorum eius, à Philistæis.* f

f 1. Reg. 31.
g.

2890. mundi.

73. TYBERIAS 13. f.

TYberias oppidū, *quod olim Chenereth appellabatur, Herodes rex Iudææ in honorē Tyberij Cæsaris, Tyberiadem* g *appellauit. Cum hac*

D Hieron. de locis Hebraicis. & in Ezec. c. vlt.

16. anno Christi.

Loca. | Tempora.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam terræ Promissionis Index alter.

hac vrbs à Christianis habitabatur Episcopali sede insignita erat.

a Pag. 48. — 74. 32200 **MANASSES.** 52700 11.e.

DE hac tribu Manasse, *vide supra, vbi omnia quæ ibi* [a] *dicta sunt, huc adferenda scias, cum vna eademq́; tribus sit, licet vtrinque, hoc est, tam vltra quam citra Iordanem à diuersis, hoc est, à Moyse & à Iosue diuersas possessionum portiones obtinuerint. Benedictionem itaq́; Mosaicam, consulto ibi omissam, & hinc inde referendam his verbis* [b] *duntaxat subijciemus.* De benedictionibus Domini terra eius. De pomis cœli, & rore atque Abysso subiacente. De pomis fructuum Solis & Lunę, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius, qui apparuit in Rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazarei, inter fratres suos, quasi primogeniti Tauri, pulchritudo eius cornua Rhinocerothis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes, vsque ad terminos terræ, hæ sunt multitudines Ephraim, & hęc millia Manasse.

2494. mundi.

b Deut. 33.

75. **APOLLONIA.** 10.f.

APollonia, *siue Antipatrida, Palestinæ ciuitas semiruta, quam Herodes rex Iudæa, ex patris sui nomine vocauerat, vt author est D. Hieronymus* [c] *& Volaterranus.* [d] *In hoc oppidum, milites secundum præceptum sibi assumentes,*

1961. mundi.

c D. Hieron. ad Eustac. virg.

d Volaterra. lib. 11. Geograph.

Loca. | Tempora.

a Act.23.g. b Iose.lib.13.c.21.de Antiq Iud. c Act.17. d Volater.li 8.Geogra.

tes, Paulum Apostolum duxerunt, per noctem, quia Iudæi decreuerāt eum occidere.[a] Hæc vrbs prius Capharsala dicebatur, secundum Iosephū,[b] nunc autem Arsur dicta est. Est & altera Apollonia, ciuitas Macedoniæ, per quam Paulus profectus est.[c] Ab hedoro tantum fluuio à Thessalonica diuisa.[d] Est & tertia in prouincia Aphrica, quæ dicitur Pentapolis, sed hæ ad primam non pertinent, cum nomine solum conueniant, re verò multum distare videantur.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

76.

CAESAREA STRAT.

10.c.

3929. mundi.

CAEsarea Palæstinæ, quondam vocabatur Pyrgos, id est, turris Stratonis, sed ab Herode Rege Iudææ, nobilius & pulchrius, & contra vim maris multò vtilius instructa; in honorem Cæsaris cognominata est Cæsarea, cui etiam templum in ea, marmore albo construxit, in qua, nepos eius Herodes, ab Angelo percussus:[e] Cornelius Centurio baptizatus.[f] In hac ciuitate, mansit Paulus Apostolus apud Philippum; huic autē erant quatuor virgines prophetantes. Et cum moraretur Paulus per dies aliquot, superuenit quidā vir, à Iudæa Propheta, nomine Agabus: Is cū venisset ad Paulum, tulit Zonam Pauli[g] Apostoli, & alligans sibi pedes, & manus dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus. Virum, cuius est Zona, hunc sic alligabunt Iudæi in Hierusalem, & tradent in manus gentium. In hac ciuitate, Fœlix Præses, iussit custodiri Paulum in prætorio Herodis, quē illi miserat Lysias, per milites suos, ne à Iudæis occideretur.[h] Hæc vrbs, ornata erat sede Archiepiscopali, cum à Christianis possidebatur.

e Act.12. f Act.10. g Act.21. h Act.2:

47. anno Christi.

77

DORA.

10.d.

DOr, ciuitas in tribu Manasse[i] maritima, quæ deinceps ab Herode instaurata, Cæsarea

i Iosf.17.c. 1.Par.7.f.

Loca.				Tempora.
a Iof. 11 c. Iud 1. f.		*ſarea in honorem Caſaris appellata eſt. Dor aliàs nomen prouinciæ.* [a] *Eſt & Dora nomen loci, de quo in libris Maccabeorum, videris.* [b]		
b 1. Macca 15	78.	CARMELVS.	12. d	
c. 1. Reg 25	*Ingreſſus ex charta Terræ Promiſſionis in hanc deſcriptionem index vnus.*	CArmelus mons, *in quo olim Nabal Carmelus habitauit, quem Dauid occidiſſet, niſi Abigail vxor eius, placaſſet iram Dauid.* [c] *In hoc monte, eſt vrbs Iceonam nomine, iuxta mare Mediterraneum. Rex huius vrbis, à Ioſue duce Iſrael, occiſus eſt:* [d] *non longe à monte hoc, eſt torrens Ciſon, iuxta quem Elias Propheta Domini, occidit* [e] *prophetas Baal, cum Achab Rex Iſrael, ex conſilio Eliæ, congregaſſet in monte Carmelo, 450. prophetas Baal, prophetasq́; lucorum 400. qui comedebant de menſa Iezabel vxoris Achab, regis Iſrael.*	*Egreſſus ex hac deſcriptione in chartam Terræ Promiſſionis index alter.*	2890. 2494. mundi. 3028.
d Iof. 12. e 3. Reg. 18.				
f D. Hier in Matth 17. Tom. 9.	79.	NAZARETH.	14 c	
g Luc. 1. c. h Matth. 2. i D Hieron. in Eſa. c. 8. Tom. 5 in Amos 2. Tom. 6. k Num. 6. l Iudic. 13.		NAzareth *oppidũ Galilææ, Capharnaum vrbi ſubiacens,* [f] *in hoc miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomẽ virginis* Maria, *& ingreſſus Angelus ad eã, dixit.* [g] Aue gratia plena: Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus. *Cum Dominus rediret, ex AEgypto veniens, habitauit in hac ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetas. Quoniam Nazareus vocabitur.* [h] *Nazarei ſunt hi, qui ita Chriſtum recipiunt, vt obſeruationes Legis veteris non amittant.* [i] *Quibus lege præceptum eſt, vt omne, quod inebriare poteſt, non bibant: Multa alia de his, quæ ſcripta ſunt in libro Numerorum,* [k] *& Iudicum.* [l] *Hi abſtinentes & continentes erãt, vt ait Hieremias Propheta, in ſuis lamen-*		3959. 7. anno Chriſti. 3321. mundi.

Loca. | Tempora.

Ingressus ex charta 80. Terra Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione 9 h in chartam Terræ Promissionis Index alter.

a Thren. 4. — *lamentationibus* [a] *dicens; Nónne candidiores Nazaræi nitidiores lacte, rubicundiores Ebore antiquo, Saphyro pulchriores, & ibi Hieronymus.* [b] b D. Hieron. Tom. 5. — *Nazaræi quamdiu sanctam Comam nutriunt, nihil contaminatum, nihil mortale conspiciunt, à vino abstinent, & ab vua passa, & à dilutiori, quæ solet ex vinaceis fieri potione: omniáque sicera, quæ mentem ab integra sanitate peruertit.* [c] c D. Hieron. in Epistol. Paul. ad Tit cap. I. Tom. 9. — *Nazareth, cum à Christianis colebatur, decorata erat suo Archiepiscopo.*

♂

35400 BENIAMIN. 45600

HActenus [d] *de quinque tribubus Israel, quæ in terra Sancta portiones suas consecutæ sunt: primum ex diuisione facta per Moysen, in terra lacte fluente: Deinde ex diuisione Iosue in terra fluente melle; nunc de Septem alijs tribubus, quibus per sortes possessiones suæ contigerunt; & primum quidem de Ben-Iamin.* Ben-Iamin, *vltimus est* [e] *filiorũ Israel, filij Isaac, filij Abraham; natus ex Rachel, filia Laban, filij Bathuel, filij Nachor fratris Abrahæ, hanc partem terræ sanctæ, velut in meditullio sitam, primus inter septem fratres restantes obtinuit. Semenque Abrahæ sic multiplicauit, vt in tribu eius numerarentur,* [f] *vnum & octuaginta, millia virorum, absque paruulis & mulieribus in quo semine ex gentium regionibus benedicuntur* Getulia, Mauritania Tingitana, Mauritania Cæsariensis, Metagonitides, & Syria. *Benedictione* [g] *patris Israel his verbis:* Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. *Benedictione autem Mosis,* [h] *sic.* Amantissimus Domini habitauit confi-

d à Pag. 42.

e Gen. 35.

f Num. 2. 26

g Gen. 49. — 2256. mundi.

h Deut 33. — 2494. mundi.

Loca.				Tempora.

confidenter in eo: quasi in Thalamo tota die morabitur, & inter Humeros eius requiescet. *De quibus etiam suo loco plura dicentur.*

81. | 9.h.

IERVSALEM.

Ingressus ex charta terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Ierusalem, *quæ visio pacis interpretatur;* [a] *vrbs est in tribu BenIamin, in qua regnauit Adoni-Zedech, & post eum tenuere Iebusæi, è quibus sortita est vocabulum, quod multo post tempore, Dauid exterminans totius eam Iudææ prouinciæ Metropolim fabricatus est, eò, quod ibi locum templi emerit, & impensas structuræ Salomoni filio reliquerit. Hanc esse Iosephus refert, quæ in Genesi* [b] *scribitur Salem. Sub Rege Melchisedech, qui obuiauit Abrahæ redeunti à cede Regum, offerens illi panem & vinum. Hierusalem tribus appellatur nominibus, Iebus,* [c] *Salem, & Hierusalem.* [d] *Dicta est etiam Elia, ab Helio Adriano Cæsare, quod eam à Tito destructam, secundum prophetiam Christi, latiore situ instaurauerit. Dicitur Sancta Ciuitas propter templum, & sancta sanctorum, ob distinctionem aliarum vrbium, in quibus Idola colebantur. Hierusalem & Sion, vna & eadem est Ciuitas, Sion enim arx est Hierusalem.* [e] *Vrbs Hierusalem in medio gentium sita est, vt Propheta Ezechiel testatur, vmbilicum terræ, eam esse demonstrans. Et Psalmista natiuitatem exponens Domini: Veritas, inquit,* [f] *de terra orta est: Ac deinceps passionem; operatus est, inquit,* [g] *salutem in medio terræ. In quinto anno Roboam ascendit Sesac Rex AEgypti, in Hierusalem, & tulit Thesauros domus Domini, & thesauros regios, & vniuersa diripuit.* [h] *Hæc vrbs inclyta, cũ à Christianis habitabatur, Patriarchali sede insignita erat;*

Marginal notes (Loca):
a D Hieron. ad Marcel aut cõmigret Bethl.
b Gen. 14.
c 1. Par. 11.
d D. Hieron. in Zach. 9. Tom. 6. & Iud. cap. 19. Matth. 24. D. Hieron. in Matth. c. 27. To. 9.
e Idẽ in Zacha. 9. To. 6
f Psalm. 84.
g Psalm. 73.
h 3. Reg. 14.

Marginal notes (Tempora):
2890. mundi.
119. anno Christi.
2975. mundi.

Loca.		Tempora.

a Antvverpiæ impressum à Plantino.

erat; Patriarchæ autem, qui fuerint regnorum Imperiorumq́; mundi pentaplus noster Imperatori Rudolpho moderno dicatus, abunde demonstrat, quem vide si libet. a *Hanc ciuitatem Hierosolymam separat à monte Oliueti, ac valle Iosaphat Chimartus, id est, torrens Cedron, est in quo Dominus noster* Iesus Christus *bibit, cum à iudæis ad Annam diuerteretur, iuxta prophetiam Dauid Prophetæ dicentis:* b *De torrente in via bibit. Supra finem torrentis, & versus montē Oliueti, ostenditur vsq; in præsentem diem sepulchrum Zachariæ Prophetæ, filij Barachiæ, quem occiderunt Iudæi, inter templum & altare:* c *Mons Oliueti est ad Orientem vrbis Hierusalem. frugiferis arboribus consitus: in eo Dominus noster erudiebat discipulos, torrente Cedron interfluente, vbi vltima vestigia Domini humo impressa, etiamnum hodie monstrantur.* d *Verùm huius ciuitatis ad viuum expressas imagines ac delineationes cum singularum partium descriptionibus ac demonstrationibus ad oculum, vide libri primi* e *& secundi* f *ciuitatū orbis terrarum Chartas Francisci Hogenbergij, cum descriptionibus D. Georgij Braunij. Maximè verò descriptionem, quam vna cum Charta Hierosolymitana, venerandus ille dominus Christianus Crucius Delphius, hic edere molitur.*

b Psal. 109. a.

3072. mundi.

c 2. Par. 24. Matth. 23. d

d D. Hieron. in Matth. 21. Tom. 9.

e Chartā 52.

f Chartā 54.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

82.

BETHEL.

10. h.

BEthel, *est locus in quem cum venisset Iacob in Mesopotamiam Syriæ profecturus, velletque in eo requiescere post Solis occubitum: tulit* g *de lapidibus qui iacebant, & supponēs capiti suo dormiuit in eodem loco, viditq; in somnijs scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlū, Angelos quoq; Dei ascendentes & descendētes*

g Gen. 28.

2184. mundi.

Loca. | Tempora.

tes per eam, & Dominum innixum scalæ, cumq; euigilasset Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, & non est hîc aliud, nisi domus Dei, & porta cæli, appellauitq; nomē vrbis Bethel quæ prius Luza, id est, vt D. Hieronymus ait,[a] Amygdalum dicebatur. Cùm autem Iacob rediret à Mesopotamia, illic ædificauit[b] altare, & appellauit nomen loci illius, domus Dei Hanc vrbem Iosue Dux Israel expugnauit, rege illius interfecto. Hîc Ierob oam fecit[c] duos vitulos aureos, eosq; posuit, vnum videlicet in Dan, & alterum in Bethel, estq; hodie Bethel paruus vicus.[d] Est & mons Bethel, in cuius vertice vrbs Bethel constructa est. ad quem cum Helisæus Propheta veniens de Hiericho ascenderet, pueri parui egressi sunt de ciuitate Bethel, & illudebant ei, dicentes: Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine domini, egressiq; sunt duo Vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.[e]

a D. Hieron. in Ose. 10. Tom. 6.
b Gen. 35.
c 3. Reg. 12.
d D. Hieron. de locis Hebraicis.
e 4. Reg. 2.

2494. mundi.
3028. mundi.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in 83. *hanc descriptionem Index vnus.*

Egressus ex hac descriptione in chartam 10.h. *Terræ Promissionis index alter.*

HAY.

Hai ciuitas destructa est, & vix paruæ ruinæ resident, locus tantummodo monstratur. Hanc olim Iosue Dux Israel sic accepit,[f] posuerat in insidijs quinq; millia hominum inter hanc & Betauen ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis. omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat. Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset Rex Hay, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitq; aciem contra desertum, ignorans quòd post tergum laterent insidiæ, cumq; recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hay remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquen-

f Iosu. 8.

2494. mundi.

Loca.		Tempora.

quentes. Tunc insidiæ, quæ latebant, surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt et succenderunt eam. Iosue autem irruit in exercitū Regis Hai quem deleret, ipsum quoq; regem viuum apprehendit, quem paulò post in patibulo suspendit vsq; ad vesperam & Solis occasum, præcepitq; Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce, proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis Hay, cōgesto super eo magno aceruo lapidum, qui permanet vsq; in præsentem diem.

BETHAVEN.

Bethauen, domus vanitatis vel doloris interpretatur, aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Ciuitas est in tribu BenIamin, [a] quam quidam cum Bethel confundunt, est & alia vrbs Chananæa in tribu Effraim [b]

a Ose. 4. d.
b 1. Reg. 13. b.

BETHARBA.

Betharaba, domus planiciei siue domus suauitatis, aut domus fideiussionis, vel domus vespertina, aut domus salicis interpretatur. Ciuitas est in tribu BenIamin. [c] eiusdem nominis est & alia ciuitas in tribu Iuda. [d] de qua suo loco.

c Iosu. 18 d.
d Iosu. 15. b.

59300 SIMEON. 22200

Simeon, secūdo loco natus est Israeli [e] ex Lia vxore, sorore Rachel. Hic semen Abrahæ multiplicando eò processit, vt post egressum ex Aegypto, & ingressum in terram promissionis numerarentur [f] in illius tribu vnum & octuaginta virorum millia cum quingentis, absq; paruulis ac mulieri-

e Gen. 29.
f Num. 2. 26

2454. mund.

Ingressus ex 84. charta Terræ Promissionis 85. in hanc descriptionem 86 Index vnus.

Egressus ex hac 11.h descriptione in chartam 12h Terræ Promissionis Index 4.k alter.

Loca.	Tempora.

mulieribus. Valedicens autem huic & fratri huius Leui nomine hæc verba locutus est [a] *pater illorum Israel iam moriturus.* Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. *Quibus intelliguntur ex gentium prouincijs, ac regionib.* Achaia, Assyria, Babylonia, Creta insula, Elam, Epeirus, Græcia, Hellas, Peloponesus. *Tribus tam Leui à Moyse benedicitur his verbis.* [b] Profectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis: qui dixit Patri suo & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis ignoro illos; & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuũ, & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: pone thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe, percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non consurgant. *Cum autem sicut aliæ tribus in terra Promissionis determinatam non habeant portionem, eo quod Dominus ipse est illorum possessio, vt diximus,* [c] *gentibus hæc benedictio nullis peculiariter applicanda videtur.*

Margin (Loca): a Gen. 49. — b Deut 33. — c Pag 50.

Margin (Tempora): 2256. mundi. — 2494.

Ingressus ex charta terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

87.

SICELECH.

5.k

Siceleg, *vrbs in tribu Simeon, quam Achis rex Alienigenarum, dedit Dauid propter quam* 2890. mundi.

Loca.			Tempora.

causam facta est Sicelog regum Iuda, vsq; in diē hanc, fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum, quatuor mensium. a

a 1.Reg. 27.

88. BERSEBEE. 5 h.

Ingressus exclusa in Terra Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.

BErsebee, *vrbs in tribu Simeon, est vsq; hodie grandis vicus,* b *in quo & Romanorum militum praesidium positum est, à quo loco, termini Iudaeae terrae incipientes tendebantur vsque ad Dan. Est autem Bersabee locus, in quo Abraham habitauit.* c *& ex eo, quod cum Alimelech rege Gerarae, datis septem ouibus, in foedus mutuum iurauerunt: appellatus est puteus iuramenti, siue puteus septimi, propter numerum septem ouium. In Bersabee, Abraham plantauit nemus,* d *& ibi inuocauit nomen Dei aeterni, fuitq; colonus terrae Philistinorum, diebus multis. Erat Iuniperus in deserto distans à Bersabee itinere vnius diei, sub qua, cum solus sederet Elias Propheta Domini, petiuit animae suae, vt moreretur, & ait, sufficit mihi Domine. tolle animam meam, neq; enim melior sum, quam patres mei, proiecitq; se & dormiuit in vmbra Iuniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede: respexit, Et ecce ad caput suum, subcineritius panis & vas aquae, commedit ergo & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusq; est Angelus Domini secūdo, & tetigit eum, dixitq; illi, Surge & comede, grandis enim tibi restat via: Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad montem DEI Oreb.* e

b in 29. ab Hebron miliario.

c Gen. 21.

d D. Hieron. in Amos c. 5. & 8. To. 6.

3028. mundi.

e 3. Reg. 19.

ZABV-

Loca.				Tempora.
	89	57400 **ZABVLON.** 60500	15.d.	

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 90 Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam terræ Promissionis Index 16 c alter.

a Genes 30.
b Num. 2. 26

Zabulon, *decimus filius Israel natus illi ex Lia*, [a] *filia Laban, filij Bathuel filij Nachor fratris Abraham, hanc terræ à Deo promissæ portionem consecutus est: cuius semen multiplicatum legitur numero* [b] *centum & septemdecim millium ac nongentorum virorum, absq; paruulis & mulieribus, quibus à Iacob siue Israel patre ita benedicitur.*

c Genes. 49. — 2256.
d Deut. 33. — 2494. mundi.

[c] Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsq; ad Sidonem. *A Moyse verò* [d] *sic.* Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt in montem: & immolabunt victimas iustitiæ, qui inundationem quasi lac sugent, & Thesauros absconditos arenarum. *Quæ benedictionum verba gentibus applicata referũtur ad* Aethiopiam *supra Aegyptum*, *ad* Aethiopiam interiorem, Asiam interiorem, Libyam interiorem, Mediam Oxoniam, Phazianem, Sauromaticam, & Sogdoniam. *Ex omnibus in semine Abrahæ benedicendis gentibus.*

e Iosue 18.
f. Esa. 10.
g Iosue 19.
h Iud. 18.
i 1. Reg. 3. Ezec. 27.
k 3. Reg 12. Amos. 8.
l D Hieron. in Hebreorum traditionibus.

DAN.

Dan, *est ciuitas Phœnices ad fontes Iordanis sita, in qua tribus Dan habitauit, ante hac Lais* [e] *siue Laisa* [f] *appellata, & Lebem* [g] *quam sexcenti viri ex cognatione Dan accipientes, vocauerunt Dan, siue Lebem Dan, illicq; posuerunt Idolum Michæ in diebus illis nõ erat rex in Israel.* [h] *Ipsa fuit terminus Israel ab Aquilone,* [i] *in qua Ieroboam Rex vitulum adorandum erexit.* [k] *D. Hieronymus hanc ciuitatem Paneam appellatam putat.* [l]

2970. mundi.

Loca. | 91. | 16.d. | Tempora.

CAESAREA PHILIPPI.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

PHilippus, *frater Herodis, Tetrarcha Ituréæ & Trachonitidis regionum, qui in honorem Tyberij Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit, & est in prouincia Phenicis, imitatus Herodem patrem, qui in honorē Cæsaris Augusti appellauit Cæsaream, vt dictum est,* [a] *quæ prius turris Stratonis vocabatur. Hæc vrbs, Cæsarea Philippi & Eeluia dicitur. Est & tertia Cæsarea Cappadociæ Metropolis, cuius Lucas Euangelista ita meminit,* [b] *profectus est ab Ephesö, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit Ecclesiam. Antiochus volens Iudæam recuperare, & Syriæ vrbes plurimas Scopam ducem Ptolomæi iuxta fontes Iordanis, vbi nunc Paneas condita est, inito certamine fugauit, & cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sydone, ob quem liberandum misit Ptolomæus duces inclytos Eropum & Menedium, & Demoxenum, sed obsidionem soluere nō potuit, donec fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum socijs dimissus est.* [c] *Hæc vrbs decorata Episcopali sede cū à Christianis habitabatur. Ingreditur non procul ab hac, & egreditur Iordanis fluuius paruum lacum, quem aquas Meron siue Moron appellant, iuxta quas aquas Iabin Rex Asor: quæ Metropolis erat omnium regnorum Philistijm, vt ait Hieronymus, congregauit Iobab regem Madam, regem Semeron, regem Achsaph, reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis, & in planicie contra Meridiem Ceneroth, in Campestribus quoque, & in regionibus Dor iuxta mare Chananæum, quoque ab Oriente & Occidente, & Amorreum atque Ethæum, ac Pherezeum & Iebusæum in montanis: A Eueū quoque qui*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

Margin notes (Loca):
a Supra numero 46.
b Act. 23.25.
c D. Hieron in Daniel. 11. Tom. 5.

Margin (Tempora):
3976. mundi.
3787. mundi.

Loca. | Tempora.

qui habitabat ad radices montis Hermon, in terra Maspha. Egressiq́ue sunt omnes cum turmis suis populus multus nimis, sicut arena, quae est in littore maris, equi quoq; & currus immensae multitudinis, conueneruntq́ue omnes reges supradicti in vnum, ad has aquas Meron, vt pugnarent contra populum Israel, quos Iosue dux percussit in ore 2495.
gladij, & persecutus est eos, vsq; ad Sidonem magnam, & aquas Mascrophot, equos eorum subseruauit, & currus igne combussit a

a Ios. 11.

Ingressus ex charta 92. *Terra Promissionis* 79. *in hanc descriptionem Index vnus.*

Egressus ex hac 13.c *descriptione in chartam Terrae Promissionis index alter.*

♀

54400 ISACHAR. 64300

♎

ISsachar, *nonus filius Israel, quē peperit ei Lia, maior natu filia Laban.* b *Hanc terrae promissionis possessionē obtinuit ampliauitq́ue generationem suam in numerum* c *centum & octodecim millium & septingentorum virorum, absq; paruulis & mulieribus. Huic benedixit Iacob his verbis.* d Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quòd est bona; & terram, quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusq́ue est tributis seruiens. *Moyses autem quid huic tribui imprecetur, futurumq́; praedicet, vide alibi.* e *Applicantur praedicta verba benedictionis,* Bactrianis, Caspijs, Scithis, Sericis, Thebis, & Troglodytis. *Ex omnibus in semine Abrahae benedicendis gentibus.*

b Gen. 30.
c Num. 2. 26
d Genes. 49.
e Sup. nu. 89.

2256. mundi.

93. 14.d.

NAYM.

NAym *vrbs in radice montis Thabor, ostēditur contra Meridiem iuxta Endor. Cum Dominus noster Iesus Christus appropinquaret porta*

3991. mundi.

Loca.			Tempora.
a Luc. 7. b Paulò ante c 1. Reg. 28 d Impletum anno mundi 2890. Vide indicem temporũ infra	Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc 94. descriptionem Index vnus.	Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis 14 e Index alter.	3890. mundi.
e Matth. 9. quod legitur Dominica 19 post Pentecost. f Matth. 11. g Matth. 8.			3991. mundi.

portæ ciuitatis huius. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa, quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit: Noli flere, & accessit & titigit loculum, & ait, Adolescens tibi dico surge, *& resedit qui mortuus erat, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.* [a] *Non procul ab hac vrbe, vt dictum est,* [b] *Endor vrbs in monte Hermonio sita est, quam Saul rex Israel mutato habitu, vestitusq; alijs vestimentis, & duo viri cum eo venerunt ad mulierem phytonissam, nocte, & ait illi Saul, Diuina mihi in Phytone, & suscita mihi quem dixero tibi, quæ suscitauit illi Samuelem Prophetam,* [c] *quem cũ vidisset Saul rex Israel, inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit, & ait illi Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus recesserit à te? & transierit ad æmulum tuum. faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet* [d] *regnum tuũ de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci Domini, neq; fecisti iram furoris eius in Amalech.*

CAPHARNAVM.

Capharnaum, *(quod in Euangelio* [e] *ciuitas sua dicitur) oppidum vsq; hodie in Galilæa gentium situm, iuxta stagnum Genezareth, de quo ait Dominus.* [f] Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent vtiq; vsque in hunc diem. *In hac ciuitate Dominus sanauit puerum centurionis* [g]

ASER.

Loca. | 95. | Tempora. | 12. d.

Ingressus ex charta Terrae Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terrae Promissionis Index alter.

41500 ⊙

ASER.

53400 ♌

a. Gene.30. | b. Num.2. 26 | c Gen. 49. | d Deut. 33. | e Gen.12. 15.

ASer, *octauus filius Israel, quem ei peperit Zelpha.* a *Hanc terrae Promissionis possessionem nactus, semen Abrahae sic ampliauit; vt ex tribu eius, priusquam ingrederentur in terram fluentē lacte & melle, numerarentur* b *nonaginta quatuor millia virorum & nongenti, absq; paruulis & mulieribus, quibus pater Israel benedicens:* Aser, *inquit,* c Pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus. *annis verò 238. post eidem tribui sic imprecans.* Benedictus, *inquit,* d in filijs Aser, sit placens in fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. *Id quod totum* Arabiæ desertæ, Apuliæ, Chaldæa, Corsicæ, Italiæ, Iudææ, Orchenis, Phœnicibus, Sardiniæ, ac Siciliæ, *applicandum videtur ex omnibus in semine Abrahae benedicendis* e *gentibus ac prouincijs, de quibus alibi latius.*

Tempora: 2256. | 2494.

96. | 11. d

PTOLEMAIS.

f D. Hieron. in Amos 1. Tom. 6. D. Hier. ad Eustach. virginem. Tom. 1. | g 1. Macca 12 | h Sub nu. 100 | i Act. 21. c.

PTolemais, *vrbs maritima regionis Phænices, olim Cath dicebatur, & post Acho dicta est.* f *A Ptolomæo filio Lagi, vt ab Historiographis memoriæ proditum est, Ptolemais hæc vrbs nomen accepit, in qua captus est Ionathas* g *Macchabæus, à Ptolomensibus, & omnes qui cum eo, Ptolomaidem intrauerunt, gladio interfecerūt. In hac eadem ciuitate, Paulus Apostolus à Tyro veniens, de qua infra dicetur,* h *mansit die vna.* i *Hæc vrbs capta fuit à Saladino Turcarum, rege*

Tempora: 3642. | 5313. mundi.

Loca. | Tempora.

Babylonia, & Damasci Soldano ante trecentos & nonaginta quatuor annos, [a] *& postea à Philippo Francorũ reg.,* [b] *& tandẽ à Soldano Babyloniæ omnibus ciuibus occisis, in Pentapoli prouincia Aphrica, quæ dicitur Ptolomais. Cum hæc vrbs à Christianis possidebatur, insignita erat Episcopali sede.*

a 1187. anno Christi.

b 1191. ann. Christi.

97. 13. c.

CISON.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index 1mus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

c Iudic. 4. 0.

2631. mundi.

CIson, *torrens est Galilææ ex monte Tabirio in Mare cadens, iuxta quem Deus humiliauit Iabin regem Chananæorum, coram filijs Israel: qui Barac & Debora iudicantib.* [c] *crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin Regem Chanaan, donec delerent eum. Atque hæc quidem de torrente hoc sufficiãt. plura enim, quæ de eodem deq; alijs locis omnibus breuiore forte stylo à nobis descriptis ac describendis, videri possunt in* Indice nostro locorum, *quem post 112. numeros ex 3. 8 17. 9. 18. 19. 20. & 18. compositos, huic descriptioni subiunximus, vt quæ inter describendum Lectoris tædio consulentes interimq; breuitati studentes obmisimus, inde atq; ita per consequens ex sacris Biblijs restitui omnia possint ab ijs quibus hæc nostra minus sufficere videbitur. Licet,* [d] *qui 25 tam annis in Terra sancta describenda, se versatum esse, mihi nuper excellentissimo Iuris vtriusq; doctore* Ioan. Matalio Metello Sequano, *præsente dixerat: is descriptionis huius meæ parte aliqua visa se loca suæ chartæ, quam etiam ædere moliretur, non tam ample descripturum ingenue fatebatur.*

d D. Christianus Crucius Delfus presbyter.

in Augusto 1581.

NEPH-

Loca. | Tempora.

98. | 14.c.

4 NEPTALIM. 53400 45400

a Genes.30. NAptalim, *sextus Israelis filius, quem susce pit ex Bala,* [a] *ancilla Rachel vxoris, hanc terræ portionem sortitus est. Hic filius semen A-*
b Num.2.26 *brahæ propagauit, ad numerum vsq; nonaginta*
c Genes. 49. *octo millium & octingentorum virorum,* [b] *qui-*
d Deut. 33. *bus Iacob pater sic benedixit.* [c] Nephtali cer- 2256.
uus emissus, & dans eloquia pulchritudi-
nis. *Moyses autem hoc pacto.* [d] Neptali abun- 2494. mundi
dantia perfruetur, & plenus erit benedi-
ctionibus Domini, mare & Meridiem
possidebit, *quæ quidem benedictiones ex omnium gentium prouincijs applicantur* Arabiæ fœlici, Celticæ, Hispaniæ, Lusitaniæ Tarraconensi, Tusciæ, &c. *de quibus suo loco tractabitur.*

99. | 12b

SIDON.

e D.Hieron. in Gen. Tom. 2. ZIdon, *insignis vrbs Phœnices, à Sidone Chanaan filio primogenito sic dicta,* [e] *ad*
f Act.27. *quã deuenit Paulus Apost. cũ Romã mitteretur* [f]
g Vergil. Aeneid. lib.2. *olim fuit Chananeorum terminus ad Aquilonem, nunc Saietta dicitur, non procul ab Antilibano monte sita. Quondam nobilis fuit vitri artificio, vt ait Plinius. Scribitur Didonem (cuius meminit Virgilius* [g]*) quæ etiã Carthaginem regionis Africæ condidit, huius vrbis fuisse. Methaal rex Sidoniorum, filiam habebat Iezabel nomine, quam*
h 3.Reg 16. *Achab rex Israel in vxorem accipiens, propter* 3028. mundi.
i D Hieron. in Ose. 8. Tom.6. *hoc irritauit Dominum Deum Israel, super omnes reges, qui fuerunt ante eum.* [h] *Erat & hæc vrbs quoq; ciuitas Episcopali sede decorata, cum à Christianis possidebatur. Antea Sidonij erant Idololatræ adorantes deum Astaroth & Baal.* [i]

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam terræ Promissionis Index alter.

Loca.				Tempora.

100

TYRVS.

12. c.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem Index vnus.

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index alter.

TYrus, *nobilissima ac pulcherrima ciuitas, regionis Phœnices Metropolis, totiusq; orbis emporium, negotiatione gaudens Conchyli, atq; purpuræ, Ab Alexandro Macedonum Rege, sex mensibus obsessa, tandem capta fuit,*[a] *& quæ vrbs quondam insula fuit, prealto mari septingentis passibus diuisa, hæc ab eodem Alexandro Magno terra continens facta est propter expugnationem, multis in breui freto aggeribus comportatis. Est inter Tyrum & Sidonem Sarepta, ciuitas Sidoniorum in publica via sita, in qua habitauit Helias Propheta Domini, qui illic pascebatur à vidua, cuius filium, Ionam nomine, à mortuis suscitauit. Factus est enim sermo Domini ad eum dicens,*[b] *surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Surrexit ergo, & abijt in Sarepta, quæ & Sarphati dicta est, & nunc dicitur Seth, quemadmodum & Tyrus alio nomine Saretta appellatur.*

a D. Hieron. in Ezech. 26 & 27. & in Esai. 2. Tom. 5.

b 3. Reg 17 D. Hieron. de locis Hebraicis.

3635.

3028. mundi.

101.

THABOR.

13 c.

THabor, *mons excelsus atq; pulcherrimus, in Galilea situs in campestribus rotundus, atq; sublimis, ex omni parte finitur æqualitate, distans à Dio Cæsarea 10. mil. De hoc monte, hæc verba legimus:*[c] *Tabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, &c. Hunc montem, & in Hieremia Propheta, LXX. Itabyrium transtulerunt, in quo aues laqueis capi solent.*[d] *In hoc monte transfiguratus est Dominus noster* Iesus Christus, *ante Petrum, Ioannem, & Iacobum Apostolos.*[e] *Illic à Christianis ædificata est Ecclesia.*

c Psalm. 18.

d D. Hieron: in Ose. 5. Tom. 6.

e Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

3991. mundi.

Dan.

Loca.				Tempora.
	102		2.h.	

♂

62700 **DAN.** 64400

♉

a Gen. 30. — b Num.2.26 — c Deut.33. — d Gene.49. — e Gen.12.1. — f D.Hier. in Abdiam 1. Tom.6. & in Prophe. Ion. To.6.

Ingressus ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 103 *Index vnus.*

Egressus ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis 7.g *Index alter.*

DAn,*quintus filius Israel, ex Bala Rachel progenitus,*[a] *hanc ad Mediterraneum mare portionem consecutus, semen Abrahæ sic multiplicauit, vt in eius tribu numerarentur*[b] *centum & viginti septem millia virorum, & centū, absque paruulis & mulieribus. Huic benedictionis loco Moyses ita loquitur.*[c] Dan catulus Leonis, fluat largiter de Basan. *Israel autem pater eius sic,* Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel, fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro, salutare tuum expectabo Domine.[d] *quæ verba rite applicata conueniunt* Albioni Brittanniæ, Bastarniæ, Belgio, Daciæ, Galliæ, Germaniæ, Hiberniæ, Iazygis, Metanastis, Idumeis, Misiæ, Norico, Palæstinæ, Pannoniæ, Syriæ Concauæ, *ex omnibus in semine Abrahæ benedicendis gentibus.*[e] *Atque hæc quidem à pagina 42. post quadraginta duas mansiones. De 12. tribuum descriptione hactenus; nunc ad ciuitates eiusdem progredimur.*

2494. mundi.

2256. mundi.

LYDDA.

LYda, *ciuitas est Palæstinæ, in tribu Dan, quæ commutato nomine vocata est Diospolis, id est, ciuitas Iouis, nunc verò dicitur Tigrida,*[f] *in qua inuenit Petrus Apostolus hominem quēdam, nomine AEneam, ab annis 8. iacentem in Grabato, qui erat paralyticus: & ait illi Petrus: Sanet te Dominus Iesus Christus. Surge & sterne tibi, & continuo surrexit, & viderunt eum omnes,*

3994. mundi.

Loca. | Tempora.

qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, qui conuersi sunt ad Dominum.[a] *In hac vrbe quædam est ecclesia, sed paruula, in honorem S. Georgij martyris ædificata, in qua meruit coronam martyrij. Ciuitas hæc, olim cum à Christianis habitabatur, Episcopali diademate insignita erat.*

[a] Act. 9.

AZOTVS.

AZotus, *Hebraicè Asdot, secundum diuum Hieronymum, interpretatur ignis generans, vel ignis mamillæ.*[b] *In hac ciuitate derelicti sunt Gygantes, qui appellabantur Enachim; & est vsque hodie insigne oppidum Palæstinæ, & vna de quinque ciuitatibus Allophylorum.*[c] *Arca Domini, quæ capta fuit à Philistæis, iuxta lapidem adiutorij, qui Abenezer dicitur, in hac vrbe, posita fuit in templum Dagoni.*[d] *iuxta hanc vrbem, occisus est Iudas Macchabæus, à Bachide & Alcimo, principibus militiæ, Demetrij Regis.*[e] *Sargon Rex Assyriorum (qui septem nominibus appellabatur) misso duce exercitus sui, Thartam nomine, cœpit & tenuit*[f] *hanc ciuitatem.*

[b] D. Hieron. in Zach. 9. Tom 6.
[c] Idem in locis Hebrai.
[d] 1. Reg. 5. 7. — 2810.
[e] 1. Macc. 9. — 3805.
[f] Esai. 20. & ibid. D. Hieron. To. 5.

ASCALON.

ASscalon, *secundum Diuũ Hieronymum,*[g] *interpretatur ignis ignobilis, siue ponderata, aut ignis homicida. Vrbs nobilis Palæstinæ, quæ & ipsa antiquitus vna fuit de quinque Satrapijs Philistinorum: ab hac Herodes ille, quem Octauius Augustus confirmauit in regno Iudææ, Ascalonita dicebatur; eo, quod in hac ciuitate sepultus sit, & ante obitum ædificauerit domũ regiam. Dicebatur hæc vrbs olim Phylistijm: quam cum finibus suis capit Iudas ille successor Iosue.*[h] *Hic Samson occidit triginta viros de Philistæis,*

[g] D Hieron. in Zach 9. Tom. 6. & in Soph. 2. Tom. 6. — 3929.
[h] Iud. 1. — 2511. mundi.

Ingressus 104 ex charta Terræ Promissionis in hanc descriptionem 105 Index vnus.

Egressus 6 g ex hac descriptione in chartam Terræ Promissionis Index 7. h. alter.

Loca. | Tempora.

listæis, quorum vestes astulit, vt eas totidem viris daret, qui eius problema infra septem dies soluerent, quod tale erat. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.a

a Iud.14.

2790.

106

ZAREA.

7.h.

